№ 194.

H-24-149

amandomaria

Santissima

alopremia . rcho y medio

Este Libro
es de
Joseph Cantin

Este Libro es de Joseph
Cantin
de
Blancas

Joseph Jaime

Joseph

1755

Este Libro es de Ysidro Cantin
hijo de Blancos Si este libro se perdi
ere como suele acontecer suplico quien se le
allare que me lo sepa bolber, no es de duque
ni tampoco de marques, que es de un pobre
Licenciado que lo a de menester si quie
ren saber mi nombre en este berso lo pon
dre tengo de nombre Ysidoro para ser
bir a Vmd, i de sobrenombre Cantin

Para con christo morir

Blancas

de la gran nombre
y pluma de
Antonio Mu

# HIERONYMI FERRARII AD PAVLVM MANVTIVM EMENDATIONES IN PHILIPPICAS CICERONIS.

AL DVS

PAVLVS MANVTIVS ALDI F.

CVM SENATVS VENETI PRIVILEGIO.

VENETIIS, M. D. XLII.

UNIVERSIDAD Y PROVA. BIBLIOTECA. DE ZARAGOZA.

## HIERONYMVS FERRARIVS PAVLO MANVTIO S. D.

ECCE tibi perſoluo, quod promiſeram, uel, ut uerius loquar, plus, quàm promiſeram, præſto: ſatis enim non promiſſo meo ſolum, uerum etiam animo tuo factum erat, ſi modo nudos (ut ita dicam) hoſce locos tibi tradidiſſem. uerum ego cum ſcirem te eſſe diſtentiſſimum, quà de mendis librorum tollendis, quà de uerbis quibuſdam, atq; ſententijs, quæ in his inuolutæ erant, euoluendis, ut labore te leuarem, ſimulq́; augerem munuſculum meum, feci quod antea nunquam, quodq́; ualde abhorrebat à natura mea, ut quæ partim ex antiquis libris, partim ex me prompſeram, ea quaſi ueſtitu orationis induerem, & , quoad rei natura pateretur, ornarem. id autem ut commodius à me fieret, & cumulatius, antequam ad ſcribendum aggrederer, faciundum mihi putaui, ut ea ſtudia, quæ in his libris antea poſueram, nunc rurſus acriori cura, attentioreq; animo renouarem. itaq; conductis in unum multis Philippicarum uoluminibus, & his quidem perueteribus, operam dedi, ut, quoniam inter ipſa conueniret interdum, ſæpe uariaretur, hanc uarietatem, conſtantiamq́; ita diligenter notatam haberem, ut ne littera quidem effugeret. Quantum autem & his & ſuperiorum temporum uigilijs lucri fecerim, non eſt meum ſcribere, ideo quòd facile ſeipſum quiſq; fallit, & ipſa ſcripta indicabunt. Tanta

*quidem certe diligentia uſus ſum, ut interdum, ne putida uideatur, in mentem ueniat ſubuereri, ita minima etiam quæq; perſecuti ſumus, nec ſolum elaborauimus, ut ſua Tullio ſermonis elegantia, uerum etiam ſuus, quoad eius fieri poſſet, orationis orbis, ſuusq́; numerus redderetur. quæ tamen in his interpretati ſumus, quæ'ue emendauimus cum apud hunc ipſum in alijs libris, tum apud alios de meliore nota ſcriptores, hæc, etſi cum occurrerent, atq; inciderent quaſi prætereuntes excuſſimus, tamen animum harum minutarum rerum faſtidio defeſſum releuare poterunt, atque abalienatum retinere. hoc igitur opuſculum ad te mittimus, quod uel ut tuum per me edas licet, ſiquidem me tui amor ad ſcribendum, non ſtudium laudis impulit, uel, ſicut ingenuus es, nec indigens cuiusq̃, meum nomen placet inſcribere, in tuo certe exeat ac diuulgetur uolo, non ſolum ob eam cauſam, ut quam diligentiam ſoles in tuis, hanc in meis quoque rebus adhibendam putes, uerum etiam multo magis ut doctiſſimi adoleſcentis, atque apud eos omnes, qui ſe optimis artibus dediderunt, gratioſi, nomine commendatum, ſtudium iſtuc ſecum, fauoremq́; in uulgus afferat. hic autem ut primus ingenij fœtus nunc minutus ſit, nec ita ualde bonus neceſſe eſt. poſt ſi, ut humus, ſic animus fiet cultu fœcundior, quoq́; magis ſubactus erit eo grandiores edet fruges, ac meliores, uberiora à me ac præſtantiora debebis expectare. qualiacunq; certe efferremus, tibi efferremus. quis enim ad communem fructum non excitetur, non ei omni ſtudio faueat, non omnibus opibus, ac uiribus opituletur, quem id ætatis uideat ſic euigilare in litteris, ut fructus lucubrationum ſuos in commune conferat; ſic incumbere in eam curam, ut ſcriptoribus alijs, quos mendorum quaſi quædam illuuies inquinauerat, ac totos prope mutauerat, ſuum ſplendorem, formamq́; reſtituat, alios in tenebris abditos iam iamq́; ſitu enectos in lucem euocet, perire non ſinat, atque adeo immortalitati commendet, ut omnia loca, bibliothecas, libros peragret, ſcrutetur, euoluat, non operæ, non ſumptui, non denique ualetudini, atq; uitæ parcat. quam quidem, cæterasq́; laudes animi, ingenij, ac iudicij tui mens quidem nunc ardet ſtudio perſequendi, ſed impetum reprimit pudor. quòd enim, cum tecum. loquor per litteras, mihi cum præſente præſens loqui uideor, iccirco fit ut, quaſi te in os laudem, ita de te ad te ſcribens erubeſcam. prædicabo igitur alijs quod facio, atque in hoc animo meo penitus obſequar. Vale, & me ama. Romæ, data Non. Ian. ∞ D X L I.*

## HIERONYMI FERRARII EMEN= DATIONES IN PHILIPPI= CAS CICERONIS.

CLIII.

AD VESTRVM *conſilium auctoritatemq́;*] *Auctoritatem, libri ueteres: & ita ſcribi oportere, non ſolum Grammatici antiqui docent, qui quidem hoc uo= cabulum ab Augeo declinatum tradunt; ſed etiam ex antiquorum monumentorum inſcriptionibus apparet.*

CLIII.

ATHENIENSIVMQVE *renouaui uetus exemplum*] *Liber Colotianus, & alij nonnulli, reuo= caui. quod ut eijciam, uerbum proximum inferius fa= cit. ſic in* III. *l. de* Or. *acerba ſanè recordatio ueterem animi curam, moleſtiamq́; renouauit.*

CLIII.

QVOD *tum in ſedandis diſcordijs uſurpauerat ciuitas illa*] *Sic liber Langobardicis litteris ſcriptus, qui cum pleriq; conſentiunt, Quod tum in ſedandis diſcordijs erat ciuitas illa.* Col. *Quod tum in ſcandalis diſcordauerat ciuitas illa. nonnulli, Quod tum in ſe= dandis diſcors erat ciuitas illa. Vnus, atq; alter hoc mo= do, quo tum in ſedandis diſcordijs erat uſa ciuitas illa. quæ uarietas hanc in opinionem me adduxit, ut puta= rem M. Tullium ita ſcriptum reliquiſſe, Quod tum in ſedandis diſcordijs ciuitas illa. hanc autem uarietatem ab illis hominibus emanaſſe, qui ſub omnibus locis, atq; uerbis gloſſemata ſubſcribunt: qui quidem cum perio= do huic aliquid deeſſe uidiſſent, atq; aliud alij tanquam*

præteritum retuliſſent: in horum poſtea libris deſcribendis, ducti errore librarij ſuggeſta illa uerba, & tanquam adulterina cum ueris, germaniſq; contexuerũt: quæ ſenſim latius diſſeminata omneis ferè libros occuparunt. Tu tamen, ne nimium nobis ſumere uideamur, fac tantiſper in tuis ſit, uel ut ante fuit, uel, quoniam nullis in libris ueteribus reperitur uſurpauerat, ut in ijs duobus eſt, quos extremos protuli; dum librum nobis aſſentientem inueniamus.

CLIII.

SVMMA cum dignitate, & conſtantia. c.] Omnes libri ueteres commutant ordinem, ab his etiam non nihil diſcrepant. hoc modo, Ad hunc ordinem res optimas deferebat, nihil tum in C. Cæſaris commentarijs reperiebatur, ſumma cum dignitate, conſtantia ad ea, quæ quæſita erant, reſpondebat. qui quidem, quod ad ordinem attinet, ualde placent. placent autem propter inſequens membrum, quod ad hoc extremum multo aptius, quàm ad illud alterum quadrat: nec inſolens, ac nouum, ut duo uerba ſublata è medio coniunctione dicantur. Cic. in ep. ad Appium. Quoq; plura uirtutis, induſtriæ ornamenta in te ſunt. & in XIII. Phil. tamen eorum ora, ſermones, qui ex eo numero in urbe relicti ſunt. Niſi quod erat notum omnibus, deeſſe non abeſſe mihi uidetur: nam & recentiores retinent, & hoc, quàm illud, uериſimilius eſt.

CLIII.

CLARISSIMO uiro] C.V. libri ueteres.

CLIII:

SENATVS conſultum] S.C. Libri ueteres.

Alia



mea quidem ſententia, ſi è modo litteram in t, mutaueris, omne mendum ſuſtuleris, hoc modo. Idq; me nõnullo eius officio debere, et præ me ſemper tuli.

CLV.

ITA ſine cura Conſules ſunt] Lang. C̄. pro Conſules. Colotianus, Conſul. nonnulli, Conſulares. ego ſequor impreſſos.

CLV.

CVMQVE è uia languerem] tres libri ſcripti, de uia, quos uehementer probo: ſiquidem ab his ſcriptores luculentiſſimi faciunt. Plaut. in Pſeud. Nam ut laſſus ueni de uia, me uolo curare. Cic. in Acad. & niſi de uia feſſus eſſet, continuo ad nos uenturum fuiſſe. & de Som. Scipionis. Me & feſſum de uia, & qui ad multam noctem uigilaſſem.

CLV.

MISI pro amicitia, qui hoc diceret] Qui hoc ediceret, o.l.s. quod aures meæ multo magis probant. edicere autẽ nõ modo ualet, edicto iubere: uerũ etiam dicere, indicare, atq; etiã enũtiare ſignificat. Sal. Is cum ſe diceret indicaturum de coniuratione, ſi fides publica data eſſet: iuſſus à Cos. quæ ſciret, edicere. Cic. de Am. ſi prius, quid maxime reprehendere Scipio ſolitus ſit, edixero. Plaut. in Menem. omnia hercle ego edictaui. Quid? ſi corrigamur, hoc ei diceret. omnino mollius, atq; uſitatius uideretur: tot librorum tamen conſenſionem pro nihilo putandam non arbitror.

CLV.

INVITI ſecuti eſtis] Secuti eſtis inuiti, L. Col. oratio certe fit & numero plenior, et cõpoſitione lenior.

CLV.

NIHIL dico quis fuerit ille L.Brutus] Nos antea tantummodo coniectura ducti, pro quis, cui, repoſueramus ita, ut ante, fuerit, notam diſtinctionis apponeremus: quòd omni ſcriptura diligenter conſiderata, Cicero mihi uidebatur hoc uoluiſſe dicere, ſe nullo modo eos honores, qui dijs immortalibus deberentur, cuiquam mortuo fuiſſe decreturum. itaq; cum dixiſſet, An me cenſetis P.C. quod uos inuiti ſecuti eſtis, decreturũ fuiſſe, ut decernerentur ſupplicationes mortuorum? Tum illud addidit, Nihil dico cui. non diſputo, cui hic honos haberetur, nefario. ſ. Tyranno, ſcelerato, impio. Verũ fac fuiſſe L.Brutum exactorem regum, patriæ liberatorem: adduci tamen non poſſem, & quæ ſequuntur. ſimiliter autem locutus eſt in oratione pro Sext. Cur de capite ciuis? non diſputo cuiuſmodi ciuis. etc. Verum hoc antea, ut dixi, coniectura modo adductus, nunc eo magis id affirmo, quòd ſententiæ meæ antiquiſſimus quiſq; liber adſtipulator eſt. erũt tamen fortaſſe nonnulli, quibus magis arrideat quoius, cuius. ſ. patrio caſu, ut ſit ſuperiori ſcripturæ conſequens: dixerat enim mortuorum. quæ ſententia ut reprehendi non poſſet, ſi alicuius unius libri auctoritate niteretur, ita non magnopere probanda, cum à ſcripto recedat: præſertim cũ M. Tullius quibuſdam legibus ita ſit aſtrictus, ut ijs interdum tamen ſe relaxet, atq; ſoluat. ſi quis tamen id pugnaciter defendet, nos ei non ualde repugnabimus.

CLV:

FACILE poſſim defendere] Poſſem, o.l.u. perſpicue rectum.



CLV:

PARTIM timeo ne impendant] Impendeant, l.u. perſpicue rectum.

CLV:

CONSVLARES fecit] L.Colotianus, Cōs. Lang. qui cũ pleriq; faciũt, Conſules. quod ualde placet.

CLV:

QVI ſententiam loco conſulari dicunt] L.Col. & alij nonnulli, Conſulari loco dicunt. quos ſequimur, ut aſperitatem concurſus extremi uerbi cum inſequenti primo uitemus. ſic in VII. Phil. dicere in hoc ordine ſententiam M. Antonium conſulari loco.

CLV:

IN ſuſpicionem populo Ro. uenire] In ſuſpectionem, Lang.

CLV:

QVOD ipſum eſt turpe] Eſſet, nõ eſt, o.l.u. quẽadmodum in oratione contra Piſ. locutus eſt. Pro Aurelio tribunali ne conniuente quidem te, quod ipſum eſſet ſcelus, ſed etiam hilarioribus oculis, quàm ſolitus eras, intuente.

CLV:

QVI non quid efficere poſſet] Extra unum, atq; alterum librum, in quibus Col. (de ueteribus enim loquor: nam recentiores quoq; cum impreſſis faciunt) reliqui ſic, Qui non quid in remp. cogitauit, ſed quid facere ipſe deberet. qua ſcriptura diligenter conſiderata, atq; omnibus ex partibus pertentata, hanc in opinionem diſceſſi, ut huic aliquid deeſſe potius putarẽ, quàm impreſſæ ſuperare: cum præſertim, ut dixi, duo uetu-

ſtiſſimi libri, atq; ex omnibus minime mendoſi hinc ſentiant, & ſententia bona ſit, ac bonis uerbis elata: tot librorum tamen conſenſionem ſilentio præterire nõ placuit. de eo conuenit inter omnes, quòd illud uerbum, ipſe .ſ. proximum à poſtremo locum tenet: quo modo quidem multo melius cadit ipſa comprehenſio.

CLVI.

BENIGNE tamẽ me] Benigne me tamẽ, o.l.u.

CLVI.

NIHIL tam eſſe in actis Cæſaris] Nihil eſſe tã, c. omnes l.u.

CLVI.

AN ſi cui quid ille promiſit, id erit fixum?] Pro quid, quod, o.l.u. quod ualde placet. in membro inſequenti ueteres l. non diſcrepant. recentiores ferè pro fecit, fecerit. quod probo: ut duo complectatur & promiſſa, & beneficia. eſſet autem planius, ſi ita dixiſſet, Quodq; idem facere non potuit, ut multis multa promiſſa non fecerit? uerbis .ſ. coniunctione copulatis. ſed duo membra eodem modo paulo ante extulit, liberatus cædis periculo paucis poſt diebus ſenatus. uncus impactus eſt fugitiuo illi. c. Facere autem promiſſa, non promittere, ſed promiſſa ſeruare ſignificat. quod uel ex hoc loco facile intelligi poteſt, et l. III. de off. promiſſum potius non faciendum, quàm tam tetrum facinus admittendum fuit. & I. etiam'ne furioſo promiſſum facere?

CLVI.

QVAE tamen multo plura reperta ſunt] Quæ tamen multo plura illo mortuo reperta ſunt, o.l.u.



CLVI.

PECVNIA utinam ad ædẽ Opis maneret] Ad opis, o.l.u. loquendi modus & breuis, & elegans, et optimo cuiq; ſcriptori uſurpatus, ut ita dicant, ante Apollinis, Ad Martis, in Veneris: pro ad Martis ædem, in Veneris ædem. Cic. de eadem re loquens in ep. ad Att. Rapinas ſcribis ad Opis fieri. in VI. Phil. ſicut illã Q. Trebellij ante Caſtoris. Plaut. in Pen. Ag. quò te agis? Ad. ego'ne? in Veneris. Græci quoq; hoc loquendi genus uſurpant.

CLVI.

CRVENTA quidem illa] Cruenta illa quidẽ, o.l.u.

CLVI.

SI ita in actis eius fuit] Eius, ab omnibus l.u. abeſt.

CLVI.

ET toga] Et in toga, o.l.u.

CLVI:

OPTIMA etiam in rep.] Optima etiam rep. o.l. ſcripti. & recte. ſic etiam dicitur, Bonis rebus, Saluis rebus, Optimis temporibus.

CLVI:

NE pluſquam biẽnium conſulares] L.u. partim, Ne'ue, partim Neu. quorum alterum plenum, alterum imminutum. utrunq; idẽ ualet: utrunq; uſitatum.

CLVI:

ACTA Cæſaris ſeruari] Cæſaris acta ſeruari, o.l.u. cum ſtructura leuior, tum numerus Ciceroni maxime probatus: finitur enim ſpondeo, creticus huic proximus.

CLVI:

VIRI fortiſſimi, atq; honeſtiſſimi] Viri honeſtiſſimi, atq; fortiſſimi, o.l.u.

CLVI:

AT ſi feratis] L.Lang.Atq;,pro at.Scalæ,et alij nonnulli, ferretis. ut ita fortaſſe corrigendum ſit, Atq;, uel Atqui ſi ferretis: ſequitur enim,probaretis.

CLVI:

HIC enim eſt legis iudex] Index, liber unus, atq; alter. quod rectum eſt, & ex ſe intelligitur. Nemo eſt enim quin ſciat, Indicem aliàs librorum, aliàs monumentorum inſcriptionem ſignificare. Iam quid hæc ſibi uelit in libris,atq; monumẽtis,perſpicuũ eſt.

CLVII.

DE ui,& de maieſtate damnati] De ui, & maieſtate, Lang.cæteris aſſentior.

CLVII.

ISTAM legem manere] O.l.s.non manere, ſed uenire probant. ego neutrum ſatis probo: nam manere,de legibus latis,non promulgatis dicitur. ut de prouincijs Conſ.quare aut uobis ſtatuendum eſt legem Aeliam manere,legem Fuſiam non eſſe abrogatam.rurſus uenire legem pro ferri inſolitum, atq; inuſitatum.quid faciendum,inquies? cenſeo tantiſper in librorum antiquorum auctoritate deliteſcendum,dum uerum inueſtigemus; ſi tamen hoc uerum non eſt: cum præſertim tam illud alterum,quàm hoc inſolens ſit.

CLVII.

VELLETIS aliquid eſſe populare] Aliquid uelletis eſſe,omnes l.u.nonnulli ſic emendant,uellet is.ut Antonium modo deſcribat.

CLVII.

QVAE eſt igitur ea cupiditas] Pro ea Lãg. hæc.



Col.SC.& cæteri ferè,iſta. quos ſequor.

CLVII.

QVID eſt igitur aliud? quàm adhortari] Sic Lang.qui cum pleriq; libri conſentiunt, Quid eſt aliud igitur adhortari adoleſcentes,ut turbulenti ut ſeditioſi. c.ut in. II. l.de Fin.bon.& mal.Quid eſt enim aliud, eſſe uerſutum?

CLVII.

QVAM autem ad reip. peſtem furor tribunitius impelli non poterit] Sic L.Col.& alij nonnulli, quem autem ad reip.peſtem furor tribunicius impellere non poterit.quod magis probo, ut hanc habeat ſententiam. quis homo tam contemptus, tamq; abiectus conſtitutus in tribunatu,qui natura uehemens eſt,& uiolentus, nõ excitabitur ad perniciem,atq; exitium reip.cum uiderit ſe armis potentiſſimi magiſtratus armatum,ijs autẽ legum uinculis ſolutũ,quæ ad coercendos furores tribunicios cõparatæ ſunt.dixit autẽ furorẽ tribuniciũ, ut pro Cluẽt.ſpiritus tribunicios.cõtra Rul.uim tribuniciã,propriã.ſ.tribunatus,atq; ei propè inſitã, atq; ingeneratã.

CLVII.

QVID? quod abrogatur his legibus Cæſaris] Quid? quod obrogatur legibus Cæſaris,o.l.u.quod probo. etenim præterquam quòd aptius ad ſententiam cõuenit; ſiquidem M.Antonius non leges Cæſaris abrogabat, ſed ijs alias leges aliqua ex parte cõtrarias ferebat: præterea,quod ſciam, legi abrogare non dicitur: nam illud apud Liuiũ l.IX. ſemper antiquæ abrogat noua, ſine dubitatione mendoſum eſt: quo tamen mendo libri ſcripti uacãt.pro antiquæ.n.antiquam retinẽt.quod au

tem eſt apud illum, qui ſcribit ad Herennium. Cui legi abrogatũ, uel derogatũ ſit. nõ dubito, quin librarij mẽdũ, atq; ibi quoq; obrogatũ, & paulo ſupra obrogatio, non abrogatio, ſcribendũ ſit: nam cũ de legibus inter ſe contrarijs controuerſiæ argumẽta ſuggerat, quid tãdẽ momenti poterat afferre lex, quæ amplius lex nõ erat? at ea, cuius infirmandæ cauſa lex alia lata erat, etſi tenuem, aliquã tamen defenſionẽ dabat: ſiquidẽ nõ penitus erat ſublata. Locũ diligẽter cõſidera, ibis in ſentẽtiã meã. derogare autẽ legi, eſſe, quid ex lege ueteri, noua detrahere: abrogare legẽ, penitus tollere: obrogare legi, prioris legis infirmandæ gratia aliã legẽ ferre, nemo eſt qui neſciat. omnia cõplectitur uno uerſiculo M. Tullius. quod per legem Clodiam promulgare, abrogare, derogare, obrogare ſine fraude ſua non liceat.

CLVII:

DE exilio reducti ſunt à mortuo] Sunt, nullis in l. u. reperitur. hoc amplius Col. & Gad. quòd ſingula membra eodem uerbo finiunt, hoc modo, De exilio reducti à mortuo. ciuitas data non ſolum ſingulis, ſed nationibus & prouincijs uniuerſis à mortuo. & quæ ſequuntur. quos mirum in modum probo: nam in alijs libris aut quid deeſſe, aut ſupereſſe mihi uidebatur: nec mihi perſuadere poterã, tam elegantem, tamq; accuratũ ſcriptorem eodem uerbo primum, extremumq; membrum concluſiſſe, mediũ tanquam mutilum, & decurtatũ reliquiſſe. Itaq; non dubitabam, quin ex ultimo tollendum eſſet, à mortuo: aut ſecũdũ referendis ijsdẽ uerbis ſupplendũ. quæ in duobus l. antiqs inuẽta hãc opinionẽ mihi penitus

hi penitus



hi penitus comprobauerunt. his autem conformationibus uerborum, quis dubitat, quin optimus quiſq; orator diſtinguat orationem? aut quis hic non agnoſcit eam figuram, quæ à græcis ἀντιστροφὴ, à noſtris conuerſio appellatur? cuiuſmodi eſt illud pro Font. Frumenti maximus numerus è Gallia, peditatus ampliſſimæ copiæ è Gallia, equitatus plurimus è Gallia.

CLVII:

QVAS tu mihi interceſſiones inquis?] Quas tu mihi, inquit, interceſſiones? quas religiones? ſic Lãg. Col. Sc. hoc amplius Gad. quas religiones nominas? ut Plaut. in Cur. quas tu mihi tabellas? quos tu mihi luſcos libertos? quos ſummanos ſomnias? & in Pſeud. quem Pſeudulum? quas tu mihi prædicas fallacias? & hic ipſe in VI. l. accuſ. quã mihi religionẽ narras? quã pœnã? quẽ ſenatum? illa tamen breuitas mihi magis arridet.

CLVII:

NEGLIGIMVS iſta] Neglegimus, l. Lang. et alij nonnulli. ut enim perlego, ſic intellego, ſic neglego dicebatur, ut ex uetuſtiſſimis libris intelligere licet.

CLVII:

CREDO illa legitima: quæ conſules populum iure rogauerunt] Ita ſine cõtrouerſia corrigendum eſt, cedo illa legitima. Coss. populum iure rogauerunt (hoc enim à maioribus accepimus ius rogandi) populusq; iure ſciuit. hoc autem principium erat legum latarum. id apparet apud Frontinum de aquæductibus, cuiuſdam legis uerba ſubſcribentem. T. (inquit) Quintius Criſpinus Cos. populum iure rogauit, populusq; iure ſciuit. Probus quoq; has legum notas, P. I. R. P. Q.

I. S. ſic interpretatur, Populum iure rogauit, populusq́; iure ſciuit. eodem accedit auctoritas antiquorum librorum, qui ad unū omnes ſententiæ noſtræ ſuffragantur.

CLVII:

QVOD eſt augurum: antedicere ea, quæ uitari poſſunt] Amicorum, pro augurum. o.l.u. cætera eodem modo. quid hic augures, aut amici, aut omnino omnia hæc uerba ſibi uelint, non diſpicio: ut ualde ſuſpicer, uel dicam pro certo putem, totum hūc locum, quem ſupra ſcripſi, interpretationem eſſe eorum hominum, qui gloſſas ſub omnibus uerbis ſubſcribunt. nam quòd dixerat, de futuris, ſuggeſſerunt (credo) elegantes illi interpretes, quod eſt amicorum antedicere ea, quæ uitari poſſunt. quæ uerba librariorum imperitia in omnes poſtea libros irrepſerunt.

CLVIII.

IRASCI quidem mihi Dolabella] Sic Gad. Iraſci te quidem mihi Dolabella. Lág. et cum eo multi alij, Iraſci uos quidem, quod magis placet: ſubiungit enim quanquam quidem te id facturum non arbitror.

CLVIII.

QVANQVAM quidem te] Quanquam te quidem, o.l.u.

CLVIII.

SED promam ius, ut opinor, æquum] L. col. proponam. Lang. tamen pro impreſſis ſtat: atq; uterq; quidem cum ſuis tanquam adſtipulatoribus, atq; aduocatis. ego Colotianum magis probo: quòd is mihi uideatur ad conſuetudinem loquendi propius accedere.

CLVIII.

CONTVMELIAE dixero] Magna uarietas



in libris antiquis exiſtit: nā partim cum impreſſis conſentiunt, ut Sc. partim, contumelioſe, ut Gad. nónulli cū contumelia, ut Col. & alij nonnulli. qui omnes habent omnino quod ſequamur: nam & dicere cōtumeliam, recte dicitur: Plaut. contumeliam ſi dices, audies. & contumelioſe: Cic. de offic. cum ſtudioſe de abſentibus detrahendi cauſa aut per ridiculum, aut ſeuere, aut maledice, contumelioſéq; dicitur. et cum contumelia, ut hic idē in II. Phil. quid eſt dictum à me cum contumelia? ego tamen hoc extremum ſequor.

CLVIII.

QVAM ſemper in Rep. habui] In Rep. ſemper habui. o.l.u. & uerborum conſtructio lenior.

CLVIII.

VT à quibuſdam mihi] Vt mihi à quibuſdam, o.l.u. quod quidem magis implet aures meas.

CLVIII.

IIDEM illi] Idem illi, o.l.u. ut in ſubſtructione aquæ Martiæ ductus. P. CORNELIVS P.F. DOLABELLA C. IVNIVS C.F. SILANVS FLAMEN MARTIAL. COSS. EX S.C. FACIENDVM CVRAVERVNT, IDEMQVE PROBAVERVNT.

CLVIII.

MORBI cauſa, quàm mortis] Lang. morbus. quod ſi non contemnimus, mors pro mortis erit reponēdum. eodem quidem modo loquitur ille qui ſcribit ad Heren. cui morbus cauſa eſt, cognitorem det. & Liu. l. XXXIIII. quibus aut emerita ſtipendia, aut morbus cauſæ eſſent. et l. XXIIII. niſi quibus morbus cauſa erit. et paulo infra. quibus neq; uacatio iuſta militiæ,

neq; morbus cauſa fuiſſet. iudicium tamen aurium funditus repudiat, ac reſpuit: cui ſtandum cenſeo.

CLVIII:

HOMINES *nobiles*] Nobiles homines. o. l. u.

CLVIII:

EA *autem eſt gloria, & laus*] Et, à nonnullis u. l. abeſt. quàm probem, hinc poteris exiſtimare, quòd id coniectura ſuſtuleram.

CLVIII:

EXPERTVM *uideremus*] Viderem. o. l. u.

CLVIII:

QVIN *mihi etiam*] l. u. partim, quin etiam mihi: partim, cum etiam mihi.

CLVIII:

CONSENSVM *illum theatri*] Nonnulli ueteres l. conſeſſum. quod ego tamen reijcio: nam theatri conſenſum dixit ſpectatorum cõſenſionem, qui uniuerſi Dolabellæ plauſerant, atq; una uoce ſignificauerant, ſe factum eius comprobauiſſe. eiuſmodi eſt illud in IIII. Phil. quod uos quoq; illum hoſtem tanto conſenſu, tantoq; clamore approbauiſtis. & pro Seſt. quæ concio fuit per hos annos, quæ quidem non eſſet conducta, ſed uera, in qua populi Ro. conſenſus perſpici poſſet. & in ij. l. ep. ad Att. Totius theatri clamore dixit.

CLVIII:

BENEFICIO *nouo memoriam doloris ueteris abiecisse*] Nouo beneficio memoriam ueteris doloris abieciſſe. o. l. ſcripti. & numerus plenior.

CLVIII:

HANC *tu potuiſti Dolabella*] Pro potuiſti, notam prænominis Dolabellæ, P. ſcilicet, o. l. ſcripti. etiam in his, quæ ſequuntur, immutant ordinem, hoc modo, hanc tu inquam potuiſti æquo animo. c.



CLVIII:

CVM *tuum collegam depoſitis inimicitijs, oblitus auſpiciorum, auguria te ipſo augure nunciante illo primum die. c.*] Cum, ab o l. u. abeſt. cætera ſic. Tuum collegam depoſitis inimicitijs, oblitus auſpicia te ipſo augure nunciante illo primo die. c. Ego ſic arbitror emendandum, oblitus auſpicia à te ipſo augure nunciata. c. Id enim hoc loco mihi ſignificare uidetur, quod in conſequenti oratione declarat. confecto negocio bonus augur, Lælium diceres, alio die inquit. & paulo infra. Augur auguri, conſul conſuli nunciauiſti. et alio loco, quã diu tu uoles, uitioſus Cos. Dolabella: rurſus cum uoles, ſaluis auſpicijs creatus. & ibidem. ſi nihil eſt, cum augur his uerbis nunciat, quibus nunciaſti. & in V. or. quid? quòd cum eo collega tulit, quem ipſe fecit ſua nunciatione uitioſum. Cum igitur ſentiat Cicero, M. Antonium depoſitis ſimultatibus, oblitum auſpicia, quæ augur ipſe nunciarat, quorum nunciatione Dolabellam Cos. uitioſum fecerat, illo primo die, quo Senatus in æde Telluris fuit, ſuum collegam pro collega habuiſſe: hanc rem librorum uerba mihi declarare non uidetur. ſed nihil affirmo. tantum ſententiam meam teſtificor, quam tum affirmabo, cum unum aliquem librum huius adſtipulatorẽ nactus ero. illud quidem pro certo dixerim, non poſt mortem Cæſaris Antonium Dolabellæ nunciaſſe, ſed tum, cum Dolabella iuſſu Cæſaris Conſul renunciatus eſt. id quod Appianus, & Dion apertiſſime

oſtendunt, qui quidem memoriæ prodant, Dolabellam, ſimul ac de interitu Cæſaris certior factus ſit, ſtatim ſua ſponte ſuſceptis Conſulatus inſignibus in publicum prodiiſſe; habitáq; ad populum oratione temporibus non aliena, in Capitolium ad coniuratos aſcendiſſe. Hæc autem de auſpicijs diſputatio me loci illius pro Cluentio commonuit, Nubit genero ſocrus nullis auſpicijs, nullis auctoribus. In quo tu uide, ne pro auſpicijs auſpicibus ſit reponendum: ſiquidem non auſpicia in nuptijs, ſed auſpices adhibebãtur. hic ipſe declarat l.i. de Diuin. Nihil ferè (inquit) quondam maioris rei niſi auſpicato, ne priuatim quidem gerebatur: quod etiam nunc nuptiarum auſpices declarant: qui re omiſſa nomen tantum tenent. Idem Val. Max. tradit. de ijs Plaut. Vltro ibit nuptum: non manebit auſpices.

CLIX.

REIP. tuus paruus filius] Sic l. Lang. R. tuus paruulus filius. Scalæ, K. nonnulli cariſſimus. plures R.P. ut impreſſi. quos ut probem, locus ille facit in Catilinã: quem infra ſcripſi. Nec meam mentem non domum ſæpe reuocat exanimata uxor, abiecta metu filia, & paruulus filius: quem mihi uidetur amplecti Reſp. tanquã obſidem Cõſulatus mei. iam ſi paruulus pro paruus repoſueris, magis placebit. CLIX.

QVI quidem nulla in concione] Nullus pro nulla l. Lang. ut fortaſſe corrigendum ſit, nullius. res minuta.

CLIX.

PROXIMO, altero, tertio] Tollendus eſt (meo quidem iudicio) librarij interductus, is qui proximo diſtinguit ab altero, ſcribendumq; proximo altero, pro po-



ſtero die. dixit autem alterum diem proximum, ut Terentius, proximum uicinum: & Cicero, pedem ſuperiorem proximum: ut Varro, proxima ſuperiora loca: nã ſi quis alterum eſſe tertiũ diceret, id quod interpres Terentianus docet (ego, quid ſentiã, uidero) eius interpretatio eſſet indigna reſponſione: ſequitur enim tertio. & quoniam agitur de altero: illud in II. l. de or. pag. CXXXII. Alterum minime eſt liberale, deprauatum eſt: aliter enim pro alterum reponendum eſt: ſupra enim dicit. Alterum genus eſt imitatione admodum ridiculum, ſed nobis tantum licet furtim, ſi quando & curſim. deinde ſubijcit rationem. Aliter enim minime eſt liberale. ſed ad rẽ. quod ſequitur, deniq; reliquis conſecutis diebus, deniq; in l.u. non eſt. CLIX.

HAEC iniuſta eſt] Inuſta, l.u. res facilis.

CLIX.

VT enim propter unius M. Manlij ſcelus, decreto gentis Manliæ neminem patricium. c.] Libri à uerbis ſine mendo ſunt, ab interpunctionibus mẽdoſi: ſic enim diſtinguẽdum eſt. ut enim propter unius M. Manlij ſcelus, decreto gentis Manliæ, neminem. & quæ ſequũtur. hoc docet Liuius l. VI. Adiectæ (inquit) mortuo notæ ſunt, publica una, quòd cum domus eius fuiſſet, ubi nũc ædes atq; officina Monetæ eſt, latum ad populum eſt, ne quis patricius in arce, aut Capitolio habitaret: gentilitia altera, quòd gentis Manliæ decreto cautum eſt, ne quis deinde M. Manlius uocaretur. quod autem ſequitur, M. Mãlium uocari licet: nulli omnino L. ſcripti M. retinent, ut uerear ne M. quæ Marcum ſignificat, abierit in Manlium.

CLIX.

QVOD *uidemus etiam in fabulis,ipſis illis*] *Ipſi*
*illi.o.l.u. & certe unus* Atreus *apud* Actiũ *hæc uerba*
*tyrannica,ac deteſtabilia uſurpat. quorũ auctoritatem*
*ſi ſequimur, dixerit,non dixerint, ſcribendum eſt.*

CLIX:

PVTAS *ne illum immortalitatẽ mereri uoluiſ=*
*ſe*] *Hæc uerba in quinq; libris uetuſtiſſimis,in quibus*
*eſt* Lang. *deſunt,deſunt inquam,nõ abſunt.ſic enim ſen*
*tio : nam & ea* Col. *& multi alij ſcripti libri conſer=*
*uant : nec eiuſmodi ſunt,ut à quouis ſuggeri potuerint:*
*etenim nec ita ualde aperta ſunt,nec ab ullo alio (quod*
*quidem ſciam ) præterquã* Cic. *&* Plauto *uſurpata.ut*
*igitur hæc dilucida faciamus,horum ſcriptorum loca*
*ſubijciemus.*Plaut.*in* Bac.*quem quidem ego ut non ex=*
*cruciem, alterum tantum auri non meream. & in*
Men.*nequehodie ut te perdam, meream deũ diuitias*
*mihi.& in* Stic.*neq; ille ſibi mereat* Perſarum *montes,*
*qui eſſe aurei perhibentur,ut iſtuc faciat.*Cice.*de nat.*
*de.quid mereas,ut epicureus eſſe deſinas ? de fin.bon.&*
*ma.quid merearis igitur, ut te dicas in eo magiſtratu*
*omnia uoluptatis cauſa facturum eſſe ? & in* VI.*in*
Ver.*quid arbitramini* Rheginos *mereri uelle,ut ab his*
*marmorea* Venus *illa auferatur ? quid* Tarentinos, *ut*
Europam *in equo ſedentem amittant ? ſic enim hunc lo*
*cum corrigendum puto.* Idem Plaut.*in* Muſtel.*immu=*
*tata loquendi forma, ſignificatione conſeruata.* Quid
*merear,quamobrem mentiar ?*

CLIX:

VT *propter armorum metuendorum licentiam*]



*Habendorum,non metuẽdorum, omnes ad unum l.u.*
*quod ſummo opere placet.*

CLIX:

MISERRIMI *ipſi ſunt*] *Miſeri.o.l.s.*

CLIX:

NATVM *te eſſe*] *Natum eſſe te.o.l.s.*

CLIX:

QVID *enim gladiatorij clamores innumerabiliũ*
*ciuium ?*] *gladiatoribus, ſine controuerſia corrigendũ*
*eſt : nam primum in libris antiquis ita gladiatorij ſcri*
*ptum eſt,ut in multis extrema pars ſit in litura,in non*
*nullis etiam,b,ſic interlitum ſit, ut perſpici poſſit.dein=*
*de quid eſt gladiatorius clamor ? an qui edebatur à gla*
*diatoribus ? at erant ciues* Ro.*qui clamabant.an pro in*
*gentibus gladiatorios dixit ? quis unquam ſcriptor ſic lo*
*cutus eſt ? quis porro litteris tradidit,gladiatores ita ma*
*gna uoce fuiſſe, ut gladiatorius clamor ueniret in pro=*
*uerbium ? clamores autem innumerabilium ciuiũ gla=*
*diatoribus, id eſt,muneribus gladiatorijs, profecto con*
*uenit. ſenſus enim iudiciumq́; populi & gladiatoribus,*
*& ludis maxime perſpiciebatur.gladiatores autem non*
*modo ſerui homines dicuntur, quos laniſtæ armorum*
*artem edocebant,quiq́; in foro ſeu quo alio in loco de=*
*pugnabant populi delectandi gratia : ſed eodem etiam*
*uocabulo appellãtur ipſa gladiatorum ſpectacula.* Cic.
ix.Phil.*Circumq́; eam ſtatuam locum gladiatoribus,lu*
*diſq́; liberos,poſteroſq́; eius quaq; uerſus pedes quinque*
*habere.& l.ij.ep.ad* Att.*Gladiatoribus qua dominus,*
*qua aduocati ſibilis conſciſſi.& pro* Sex.*Tribus locis ſi=*
*gnificari maxime populi* Ro.*iudicium, ac uoluntas po=*

teſt concione, comitijs, ludorum gladiatorumq́; conſeſ=
ſu.pro Mur.nec plebi Ro.eripiendi fructus iſti ſunt lu
dorum,gladiatorum, conuiuiorum.quin etiam locum
illum in eadem oratione mendoſum puto . Nec ſi uirgo
Veſtalis huius propinqua,& neceſſaria locũ ſuum gla
diatorium conceſſit huic.non enim gladiatorium, ſed
gladiatoribus rectum arbitror : ut ſit illi geminum,
quod eſt in eadem oratione. Si gladiatoribus uulgo lo=
cus tributim,& item ſi prãdia uulgo eſſent data. & in
u.l.ep.ad Att.Is quærit ex me,num conſueuiſſem Sicu=
lis locum gladiatoribus dare.quod autem ætas Ciceronis
gladiatores appellauit,id poſterior modo gladiatorium,
modo gladiatorum munus dixit.Liuius.Munus gladia=
torium datum ab ijs.Suet.in Cæſ.Dict.edidit ſpectacu=
la uarij generis,munus gladiatorum,ludos etiam regio
natim urbe tota,& quidem per omnium linguarum hi
ſtriones,item circenſes,athletas, naumachiam . munere
in foro depugnauit Furius.quod munere Suetonius,Ci
cero gladiatoribus profecto dixiſſet : quãquam hic etiã
munera gladiatoria in oratione de Aruſp.reſpõſis uſur
pat.Illud quoq; annotatione nõ indignũ eſt,ſemper gla=
diatores à ludis ſeparari,ob eã cauſam opinor, quòd li=
cet huiuſmodi munera delectationis cauſa darentur, ui
ſum eſt tamen abſurdiſſimũ,rem tam duram, ſpectacu
la tam crudelia tam molli,tamq́; clemẽti uerbo notare.

CLIX:

QVID populi uerſus?] Nõnulli ueteres l.concur
ſus.quod rectius exiſtimo.

CLIX:

QVID ij tribuni plebis,qui uobis aduerſantur?]



Non ij, ſed ijs,omnes ferè l.u.& recte opinor : hoc.n.
membrum aptum ex ſuperiori pendet, Quid Pompeij
ſtatuæ plauſus infiniti? quid ijs tribunis plebis? quòd
autem populus Ro. plauſum impartiri ſoleret tribunis,
cæteriſq́; magiſtratibus,ijs qui gratas ipſi cauſas com=
plecterentur,atque agerent,ita notum eſt,ut teſtimonio
ſcriptorum non indigeat.

CLIX:

QVID Apollinarium ludorũ plauſus?] Sic om=
nes ſine ulla omnino uarietate tã ſcripti,quàm impreſſi
libri.& ego tamen & hos,& illos mendoſos, atq; ita eẽ
corrigẽdos arbitror.Lud.Ap.uel Apollinar. id eſt ludis
Apollinaribus ſexto caſu,ut hoc illi ſit ſimile,Gladiatori
bus qua dominus, qua aduocati ſibilis conſciſſi. Ludis
Apollinaribus Diphilus tragœdus in noſtrũ Põpeiũ pe=
tulanter inuectus eſt.Mendũ aũt(ut opinor)manauit ex
inſcitia librariorũ, qui cũ in has notas incidiſſent, Lud.
Ap.ita ludorũ Apollinariũ interpretati ſunt, quaſi hoc
explicandũ ſic eſſet,Plauſus ludorũ Apollinariũ,uel teſti
monia potius,& iudicia populi Ro.ac nõ potius hoc mo
do.Plauſus,uel potius teſtimonia, & iudicia populi Ro.
Ludis Apollinaribus,qui datus erat.ſ.à populo Ro.Bru=
ti nomine cõmiſſione ludorũ Ap.Quòd autẽ eiuſmodi ꝑ
notas ſcriberẽtur,ita perſpicuũ eſt,ut confirmatione nõ
egeat.unum tamen locũ citabimus XVI.l.ep.ad Att.in
quo etiam nunc extant horum,de quibus agitur,uerbo=
rum notæ . Vt uenationem etiam, quæ poſtridie Lud.
Apollinar.futura eſt,proſcriberẽt.quod autẽ ſequitur,
uel teſtimonia potius,et indicia populi Ro?o.l.u.iudicia.
quod maiorẽ uim habet: ſiquidẽ hæc fallere nõ poſſunt,

illa poſſunt.nam illud,uobis parua eſſe uidebantur?Sic o.l.u.parua nobis uidebantur?

CLIX:

SEXAGESIMO poſt anno] L.Lang.et alij multi pro poſt,habent tum.Liuius l.VII.Niſi quod pacis deum expoſcendæ cauſa tertio tum poſt cõditam urbem lectiſternium fuit.

CLIX:

QVI ijs ludis ita caruit.] L.Lang.quid ijs ſuis. Gad.& Col.qui ludis ſuis.quam ueram, germanamq; ſcripturam arbitror.Sic enim loquebantur antiqui, ut dicerent ludos tuos,quos tu feceras: ludos ſuos,quos ille fecerat.Cic.pro do.ſua.qui antea uoce præconis à liberis ſemouebantur, tuis ludis non uoce, ſed manu liberos à ſe ſegregabant.& in ep.ad Att.ut ſpectem ludos ſuos.

CLX.

PLAVSV, & clamore leniret] Lenierit, non leniret, tres l.u.quod probo: ut tempori tempus reſpondeat.eſt enim ſupra tribuerit.

CLX.

CARVM ſuis, quibus eſt ipſe cariſſimus.] Ipſe delendum eſt,omnibus l.antiquis auctoribus. & certe ſuperuacaneum eſt.

CLX.

QVID eos de noſtra uita cogitare cenſetis?] O. l.ſcripti,ueſtra. quod uerum eſt. Dolobellam enim & Antonium deſignat. eſt autem argumentum à contrario.Si populo Ro.eorum uita eſt cariſſima,quos ſperant pro rep.ac ſua libertate propugnaturos,quid de ueſtra



cogitare arbitramini? quos uidet contra ſe ſuis opibus uti,nihilq; prætermittere,quin remp.opprimatis,ipſi iugum ſeruitutis imponatis.

CLX.

COEPI P.C. reuerſionis meæ fructum] O.l.u. cepi fructum P. C.reuerſionis meæ.

CLX:

REIP. hoſtis fuerit] Fuerit hoſtis.o.s.l.

CLX:

QVI non bellum eodem tempore] L.Lang.ex eodem tempore.

CLX:

NEC uero neceſſe eſt à me quenquam nominari uobis: cum ipſi recordemini] Recordamini.o.s.l.quorum quidem conſenſus fecit,ut putarem ita ſcribendũ eſſe.Nec uero neceſſe eſt à me quenquam nominari.uobiſcum ipſi recordamini.nam ſtatim loci illius pro Cel. uenit in mentem.Ex quibus neminem mihi neceſſe eſt nominare.uoſmet uobiſcum recordamini.& pro Mur.Nolite à me commoneri uelle.uoſmet ipſi uobiſcum recordamini. opinionem meam Colotianus liber cõprobauit.

CLX:

TVAMQVE à me alienationem ad ciues impios tibi gloriæ fore putauiſti] Sic l.Col.Tuamq; à me alienationem,commendationem tibi ad impios cìueis fore putauiſti.quem ut ſyncerum putem,non ſolum id fecit, quòd nec id uerbũ eiuſmodi eſt, ut ipſum quiuis referre potuerit,& is liber ex omnibus minime mendoſus eſt,atque huic unum atque alterum librum (ut ita dicam)ſubſcribentem poſtea repperi: ſed illud etiam,

quòd in Lang. multisq; alijs libris ita ſcriptum offendi. Tuamq́; à me alienationem tibi ad impios ciues fore putauiſti. quo animaduerſo, pro certo habui, id uerbũ, gloriæ. ſ. ab aliquo eſſe ſuggeſtum, qui huic periodo aliquid deeſſe uidiſſet. eandem autem rem ijſdem ferè uerbis dixit in V. Phil. Neminem me æquiorem reperiet, cui quidem, dum ſe ciuibus impijs commendat, inimicus eſſe, q̃ amicus maluit. Nonnulli pro ad apud reponunt. quaſi uero ad non ualeat apud, aut, cum habet eandem uim, non ita ualde uſitatum ſit. ſexcentos locos proferre poſſem, ſed, ne multus ſim in re minime dubia, ero contentus uno in ep. ad Att. qui huic geminus, ac ſimillimus eſt. Quæ etiam ad cæteros contempti cuiuſdam hominis commendatio. ab eadem inſcitia deprauatus ille locus eſt in III. com. belli Gallici. Quod nomen apud omneis nationes ſanctum, inuiolatumq́; ſemper fuiſſet. in ueteribus enim libris non apud, ſed ad ſcriptum eſt.

CLX:

FACILLIME *detrahi poſſe* ] L. u. *facillime mihi. nonnulli, facile de me. quos magis probo.*

CLX:

SVIS *ſimilibus* ] *Sui, nonnulli u. l. quod probo.*

CLX:

SE *eſſe hoſtem patriæ* ] L. Col. *ſe eſſe patriæ, cæteri cum impreſſis conſentiunt. utriq; probabiles. horum ſcriptura ſignificantior, illius concinnior ac numeroſior.*

CLX:

QVOD *grauiſſimũ crimen iudico* ] *Quod ego grauiſſimum, nonnulli u. l. in quibus eſt Col.*



CLXI.

CONTRA *rem ſuam ueniſſe me* ] *In libris u. eſt ſtructura leuior, hoc modo. Contra rem ſuam me, neſcio quando, ueniſſe queſtus eſt.*

CLXI.

SED *hoc iccirco commemoratum à te puto* ] *Hic locus uſq; ad, At enim, deeſt in omnibus ferè libris ueteribus. ij, à quibus non abeſt, hoc modo. Cum te omnes recordarentur libertini generum, & liberos tuos nepotes Q. Fadij libertini hominis fuiſſe. hoc idem obijcit in III. Phil. Cuius pater Numitoriam Fregellanam proditoris filiam habuerit uxorem, ipſe ex libertini filia ſuſceperit liberos. Antonium quoque deſcripſiſſe his uerbis, quæ ſunt in XVI. L. ep. ad Att. pro certo putarem, niſi prænomina diſcreparent. quanquam credibile non eſt, quàm crebro C. & Q. in libris ueteribus reperiantur locum inter ſe commutaſſe. hæc autem uerba ſunt. ut ſciant παῖδες παίδων, ſine uallo Lucullano eum ex C. Fadij filia liberos habuiſſe.*

CLXI.

NEC *tu ſoluendo eras* ] *Tu nec ſoluendo, o. l. u. hoc amplius Col. Incolumem fore putabas. quo numero ita iuuantur aures meæ, ut non dubitem, quin ita ſcriptum ſit à Cicerone.*

CLXI:

HIS *ſe uitam dediſſe* ] *His ſe dediſſe uitam, omnes libri ſcripti.*

CLXI:

VIROS *clariſſimos* ] *Clariſſimos uiros, o. l. u.*

CLXI:

ABSTINVERIS à nefario ſcelere] Abſtinueris nefario.o.l.u.ut paulo infra, Abſtinere maledicto.

CLXI:

NE te ingratus] Ne in te ingratus.o.l.u.res perſpicua.

CLXI:

AN in illa querela] At, nonnulli ſcripti l. quod probo:ut corũ mentibus reſpondeat,qui hoc dicere potuiſſent. Tu quidem de interitu reip. queri debuiſti, ſed tamen id facere ſine ulla contumelia Antonij.quibus reſpondet. Quid non moderate? quid non amice? Quem ad modum illud ad Cæcinnam.Nunquam niſi honorificentiſſime Pôpeium appellat. At in eius perſonam multa fecit aſperius. Armorum iſta & uictoriæ ſunt facta, non Cæſaris.

CLXI:

QVID dictum à me cum contumelia?] Quid eſt dictum.o.l.u.

CLXI:

ET quidem cuius temperantiæ] Quod quidem.o.l.u.quod tamen abiudico.

CLXI:

STIPATVS armatis] Armis,l.Lang.& alij nonnulli.quo modo locutus eſt in hac ipſa oratione. Ad quas te peragratis ueteranorum colonijs ſtipatum armis retuliſti. figura notiſſima.

CLXI:

QVANTVM tum à me beneficium acceperit]





Plerique libri,tum,nô habent.in quibus reperitur,ij ſic: quantum à me beneficium tum acceperit.

CLXI:

QVI paulum modo] Paululum,l.u.

CLXII.

QVID hoc eſt aliud? quàm tollere c.] Quid eſt aliud tollere è uita uitæ ſocietatẽ? omnes ferè l.u. quod ualde placet.

CLXII.

MVLTA loca] ioca,corrigẽdum. ut referatur ad ſeria.ut l.ij.de fin.bo.& ma. Qui cum ioca, ſeria (ut dicitur)qui cũ arcana qui cũ occulta omnia.qđ autẽ ſeqtur,inepta eſſe uideãtur, eſſe ab omnibus libris abeſt.

CLXII.

VT Muſtellæ Tamiſio] Muſtellæ tamen ſcio,L. Lang.qui cum pleriq; conſentiunt.de hoc alio loco.

CLXII.

QVI cum hoc ipſo tempore] Hoc iſto.omnes l.s. quod minime diſplicet.nam præterq̃ quòd tot libros auctores habet; rône præterea,& ſcriptorũ,qui ita locuti ſunt,auctoritate nititur.ut.n.dicitur,hic ille,hic ipſe,ille ipſe,ille iſte, ſic dicitur hic iſte. quod conſuetudo quoq; bonorũ latinitatis auctorũ côprobat.Cic.pro dom. ſua. Hunc iſtum ocij,& pacis hoſtem.Laurentius Val.hunc locum ita citat.Qui cum iſto tempore.ſed mihi & grauiores,& antiquiores auctores duo libri ſunt,ccc.nô minus annis natu(ut ita dicã)maiores, q̃ ipſe Laurentius.

CLXII.

QVID oppones tandem?] Opponas,o.l.u.

CLXII.

QVID eſt minus.c.] Quid enim eſt minus,par=

tim u.l.nonnulli,quid eſt enim minus.in hoc omnes conſentiunt, quòd habent,enim.

CLXII.

QVA'M obijcere aduerſario, qđ ille.c.] Quàm id obijcere, o.s.l.

CLXII.

QVID enim interponerem audaciæ tuæ?] Quid enim me interponerem, L.Col. quo modo locutus eſt in ep.ad Q. Fratrem.Me nihil interpono.& in Ver.cur te interponis inuitiſſimis.c.

CLXII.

QVAM neq; authoritas] Quem neque auctoritas, o.ferè l.u.

CLXII:

VLLA eſſe poterat] Vlla poterat eſſe, Lang. & Col.& collocatio hæc coagmentata,illa hiulca.

CLXII:

VT pro me dicentem. c.] Vt me pro me dicentem,nonnulli u.l.in queis Col.

CLXII:

MODESTIAMQVE Cognoſcitis,] Cognoſtis,L.Col.Vt pro lege Man.Vos quirites hoc ipſo in loco ſæpe cognoſtis,& multis alijs in locis,q̄ breuitatis cauſa relinquo.

CLXII:

VT prouocauit] Vt prouocatus,l.nonnulli.

CLXII:

VT igitur intelligeretis,qualem me eſſe conſularem profiteretur] Qualem ipſe conſul profiteretur, o.l.u. præclare,ut ſit.obiecit mihi conſulatum meum,ut intelligeretis,qualem ipſe conſul profiteretur. confirmatione



non eget.Piſoni idem obijcienti, idem propè reſpondit. Quæ cum reprehēdis,oſtendis,qualis tu, ſi ita forte accidiſſet, fueris illo tempore conſul futurus.

CLXII.

QVID enim conſtitui?] Sic o.l.u.quid enim ego conſtitui? quid geſſi? quid egi?

CLXII:

CVIVS Quidem te fatum,ſicuti C.Curionē,manet.] Cuius quidem tibi fatum manet, o.l.u. omnino impreſſi propius accedūt ad ſermonis latini conſuetudinem.tot tamen,tamq; uetuſtorum librorū quaſi conſpirationem negligendam non putaui: præſertim cum & grammatici tradant,antiquos ita locutos eſſe, & id poetæ neſcio cuius teſtimonio confirment.At tibi pœna manet.quod ſi ſequimur,emendandum erit C.Curioni.

CLXII:

VT eum primum nominem] Primo, o.l.s.quod tamen abiudico.

CLXII:

PLACVIT L.Catulo] Sic omnes ferè l. ſcripti,Q.L.Catulo.quod ego interpretor,Q.Lutatio Catulo,ut in Acad.innumerabiles Q.Lutatij Catuli.

CLXII:

M.LABEONI] Glabrioni,emēdo.quod ex quodā loco ep.ad Att.licet intelligere,quo in loco horum ferè,qui hic appellantur,omnium mentionē facit.Cōſularium putat leuiores fuiſſe,Catuli,Seruilij,Lucullorū, Curionis,Torquati,Lepidi,Gellij,Volcatij,Figuli, Cottæ,L. Cæſaris,C.Piſonis,et M.Acilij Glabrionis,Silani,Murenæ deſignatorū Coss. Hic aūt Glabrio C.Piſonis collega fuit in cōſulatu.Iā Col.liber ſentētiā noſtram cōprobat.

CLXIII.

D.SYLLANO] *Sillano,o.l.u.ego de auctoritate ueterum monumentorum,Silano.*

CLXIII.

QVI *tunc erant Coſs.*] *Tum,o.l.s.*

CLXIII.

QVI *non mihi uitam ſuã,liberos, fortunas*] *Sic o.l.u.uitam ſuam, fortunas,liberos.quem ordinẽ quoq; ſeruauit in Piſonẽ.A me ſe habere uitam,fortunas,liberos.hoc amplius,quòd referret acceptam,non acceptum probant.quod placet.*

CLXIII.

QVI *duo è conſulari numero*] *Sic loqui ſolet latina conſuetudo,ut dicat,è numero diſertorum,amicorum,ciuiũ: è numero tribunorũ militum,centurionũ, equitum: cuius rei plurima exempla apud M.Tullium, & Cæſarem paſſim licet inuenire.Iam Liuius, ut propius accedam, L.ix.Legatos,inquit,è conſularium numero mittendos ad eum ſenatus cenſuit.& Suetonius in T.Veſp.Curatores reſtituendæ Campaniæ è conſulariũ numero ſorte duxit. Quorſum hæc inquies? ut uideas rectum ne ſit, è numero conſulari; an conſulariũ pro cõſulari reponẽdũ ſit:præſertim cũ hoc et eiuſmodi cætera ꝑ notas ſcriberẽtur.ut ex eo facile error creari potuerit.*

CLXIII.

HVIVS *ego alienus conſilijs conſul uſus ſum*] *Huius ego conſilijs alienus c.*

CLXIII.

QVID *ad eum unquam de rep.retuliſti?*] *Et quid,o.l.u.ecquid,ego.res perſpicua.*



CLXIII.

PVTATOTE *eum Phormioni alicui,tũ Gnatoni.c.*] *Tum pro cum mihi magis arrideret: ſed o.l. refragantur.*

CLXIII.

QVALIS *ſiquidem nunc eſſet*] *Qualis ſiquĩ nunc eſſet,o.l.u.quod probo.*

CLXIII.

AD *ſepulturam corpus uitrici ſui negat à me datum*] *At,L.Lang.more ueterũ.de quo ita Quintilianus.Illa quoq; à multis eſt ſeruata differentia,ut Ad, cũ eſſet præpoſitio,D litteram,cũ autẽ coniũctio,T.acciperet.Itemq; cum, ſi tẽpus ſignificaret,per Q. ſi comitẽ, per C.ſi uero quum per duas ſequentes uu. ſcriberetur. frigidiora ijs alia,ut quicquid C.quartã haberet, ne bis interrogare uideretur,& quotidie nõ cotidie,ut ſit quot diebus.uerum hæc iam etiã inter ipſas ineptias euanuerunt.Hic quidem liber modo Ad,modo Ac ſine diſtinctione ſcribit.*

CLXIII.

DOLEO *à te iam omnibus uicijs eſſe ſuperatũ*] *In libris antiquis ordo uerborum eſt immutatus,ſic.Doleo à te omnibus uicijs iam eſſe ſuperatum.*

CLXIII.

QVI *autem tibi uenit in mentem*] *Quid,nõ qui. o.l.u.ut hic idem locutus eſt pro Roſ.Com.quid ita Flauio ſibi cauere non uenit in mentẽ? & i.l.de or.Heus tu(inquit)quid tibi in mentẽ uenit ita reſpondere?Plau. quoq; in Trin.quid in mentem uenit tibi,iſtæc dicta dicere? nõ ignoro hũc eundẽ,et Terentiũ qui pro quapropter uſurpare.ut ibi.Nã qui iſtæc tibi incidit ſuſpectio?*

quia.c.Mihi tamen magis probatur quid.

CLXIIII.

VT. non modo nõ cohærentia inter ſe diceres] Vt non modo cohærentia, Lang. cæteri cum impreſſis conſentiunt. quos ſequor.

CLXIIII.

QVANTA tecum tibi eſſet contentio] Quanta tibi tecum, o.l.u.

CLXIIII.

VITRICVM tuum in tanto fuiſſe ſcelere fatebare] Fuiſſe in tanto ſcelere fatebare, o.l.u. præter unum Gad. qui ſic. fuiſſe in tanto ſcelere cõprehenſum fatebare. ſuperiorem ſcripturam ſequor. præterquam enim quòd libros & plures, & uetuſtiores auctores habet; Ciceronem præterea ita locutũ fuiſſe alijs in locis, inuenimus, ut pro Sylla. ſi hic eſſet in eodem ſcelere. qui autem bonorum latinitatis auctorũ ita locutus ſit, comprehenſus in ſcelere, adhuc inueni neminem.

CLXIIII.

ITA; quod proprium meum eſt, laudaſti. quod totius ſenatus eſt, reprehendiſti] Sic o.l.u. Ita quod proprie meũ eſt, laudaſti. quod totum Senatus. c. ut hic idẽ dixit in ep. fam. quòd tu ipſe tam amandus es, tamq; in omni genere iucundus: id eſt proprie tuum. & pro do. ſua. Non igitur in hoc officio, quod fuit præcipue meũ. & pro Marcello. totum hoc, quantumcũq; eſt, quod certe maximum eſt, totum inquam tuum eſt, ualde placet.

CLXIIII.

SED qui tantarum rerum repugnantiam non uideas] Tantam, o.l.u. Liber Col. nõ qui, ſed q;. nõnulli,



quia. quod probo. Sic. n. interpunctiones ponendas arbitror. Hæc tu non propter audaciam dicis tam impudẽter: ſed quia tantam rerum repugnantiam non uideas. Nihil profecto ſapis.

CLXIIII.

CONTRA remp. pernicioſa arma] Reip. pernicioſa, o.l.u. perſpicue rectum.

CLXIIII.

IN quo eſt tua culpa nulla] Nõnulla, l. Col. recte.

CLXIIII.

QVID tum? non'ne ceſſerunt?] Incorrupta uerba, ſed perperam (meo quidem iudicio) diſtincta. nã ſic interpungendum arbitror. Quid? tum non'ne ceſſerũt? Illud declarat, quod ſequitur. At poſtea. quod ad tum refertur. Cic. de Prou. con. Tum inquam Byſantij, & poſtea ſigna illa, & reliqua urbis ornamenta ſanctiſſime cuſtodita tenuerunt.

CLXIIII:

OPERIS ſubciſiuis] Subſeciuis, Lang. Col. Sc. et cæteri l.u. operæ autẽ ſubſeciuæ ſunt, non principales (ut ita dicã) ſed proximæ, quas ludis, & ferijs. ſ. quas à functione muneris in remp. forũ, amicos, ſtudijs, ac muſis damus. dictæ (opinor) ſubſeciuæ ab ijs, quæ in agrorum aſſignationibus ſubſeciua nominantur: q̃ ſunt tanquã aſſignatorum finiũ reliqua: de quibus Frontinus, ſubſeciuum, inquit, eſt quod à ſubſecante linea nomẽ accepit. Subſeciuorum genera duo: unum, quod in extremis aſſignatorum finium, centuria expleri non potuit. alterum genus ſubſeciuorum, quod in medijs aſſignationibus, & integris centurijs interuenit. quicquid. n. inter IIII li=

mites minus, quàm interclusum eſt, fuerit aſſignatū, in hac remanet appellatione, ideo quòd is modus, qui aſſignationi supereſt, linea claudatur, & ſubſecetur: nam & reliquarum menſurarum actus, quicquid inter normalem lineam, & extremitatem intereſt, ſubſeciuum appellatur. Idem, & eo plus etiā Agenus & Vrbicus tradunt, hæc autē, ut ſcribit Higinus, diuiſionū atq; aſſignationum auctores ferè ſibi reſeruabant. Ab hac ſimilitudine igitur operæ, horæ, tempora, quæ amicorum, fori, reip. ſuperſunt atq; ex ijs eripiuntur, & quaſi ſubſecantur; quæ nobis reſeruamus, nec perire ſinimus, ſed in legendo, cōmentando, ſcribendo conſumimus; ſubſeciua nūcupantur. Quare apud Var. l. i. de Re Ruſtica. in ſubſeciuum, non ſubciſiuum, apud M. Tul. multis in locis, apud cæteros ſcriptores eodē modo ſcribendum eſt. Hæc ex Angeli Colotij theſauris deprompſimus, quem omnes à litteris non alieni penè uenerari debemus, non ſolum propter eius eruditionem, atque doctrinam propè ſingularem, ſed etiam propter incredibilem quendam in hoc hominum genus amorem & charitatem: ita eius omnis gratia, opes, domus, atq; adeo ipſe totus omnibus ſtudioſis patet.

CLXIIII:

SED hoc non huius temporis] Hæc, o. l. u.

CLXIIII:

SPECTANTE populo Ro.] Inſpectante. l. Col. & alij nonnulli. utrunque omnino probabile. mihi tamen hoc magis arridet.

CLXIIII:

NEGOCIVMQVE tranſegiſſes] Negotiū,



l. u. & ita ſcribi oportere, docent inſcriptiones ueterum monumentorum.

CLXIIII:

'NISI ille ſe ſub ſcalas tabernæ librariæ conieciſſet] Liber Col. & alter non minoris uetuſtatis nō ſub ſcalas, ſed in ſcalas. quid uerum ſit, diuinandum. Aſconij tamen uerba ſubſcribere placuit, quæ pro Col. uidentur facere. & cum in ſcalas quaſdam Cominij fugiſſent. hanc eandem rem pro Mil. commemorat.

CLXIIII:

QVÀM quiſquam tum] Tum, à libris V, abeſt.

CLXIIII:

QVID ergo? cum res agebatur, nemo in me dixit: & tot annis poſt tu es inuētus, qui diceres] L. ueteres partim ſentiunt cum impreſſis; partim pro &, at. nonnulli ut. ut Lang. Col. Id quod mihi aditum patefecit ad inueſtigandum uerum, atq; etiam (fieri poteſt, ut fallar) inueniendum. ſic enim corrigendum puto. quod ergo, cum res agebatur, nemo in me dixit, id tot annis. c. conflati autem mendi cauſam cum quærerem, hanc inueniebam, quòd antiqui ut ad, & at: ſed, & ſet: ſic quod, & quot: quid, & quit: id, & it dicebāt. De quot apparet Romæ in quodam monimento, in quo ita inſcriptum eſt. Monimentum, quot filius patri facere debuerat, ipſe fecit. de quit in quadā ſanctione in æs inciſa. hæc ſunt uerba. Id ei ne fraudi eſto: ne'ue quit ob eam rem populo dare debento. de it Cere in tabula marmorea uetuſtiſſima, in qua cū plurimis alijs hæc quoq; uerba inciſa ſunt. IN QVO SCRIPTVM ERAT, IT QVOD INFRA SCIPTVM

EST. Librarij igitur cum ad hunc locum ueniſſent, hac in re hæſitantes, uidentes autem, it, uerbum non conuenire: ut alius aliud ſenſerat, ita partim in &, partim in at, nónulli in ut mutauerunt. quod idem opinor eueniſſe in eum locum, qui eſt in III. l. de leg. quem infra ſcripſi. quod qui permouet, cũ agi nihil poteſt, uim quærit, cuius impunitatem amitti hac lege quitur illud. quod ſic emendandum arbitror. cuius impunitatem amittit hac lege. quit illud? interceſſor rei malæ.c. nam cum illud quaſi caput legis interpretatus eſſet: Aſt qui turbaſſit in agendo, fraus actoris eſto: Ad aliud huic proximum cum uellet aggredi, dixit: Quid illud? interceſſor rei malæ.c.

CLXV.

PRAESTANTISSIMO ciue] Ciui, Lág. & cæteri ferè. ciue autem, & ciui recte dicitur: ut grammatici tradunt.

CLXV.

ATQVE idem ego, cum iam omnes opes ſuas, & Reip. Pópeius ad Cæſarem detuliſſet, ſeróq; eadem ſentire cœpiſſet, quæ ego ante multo prouideram] Sic l.u. Atq; idem cum iam omnes opes & ſuas, & populi Ro. Pompeius ad Cæſarem detuliſſet, ſeróq; ea ſentire cœpiſſet, quæ multo ante præuideram.

CLXV.

QVI me non ſolum meis laudibus ornaret, ſed etiam honoraret alienis] Oneraret, o.l.u. ut Liuius l. IIII. Laudibusq; haud immeritis onerarent, dixit: ut Præceptis, Plautus: commoditatibus, Terentius: promiſſis, Salluſtius.



CLXV.

QVIS enim meum in iſtius ſocietate glorioſiſſimi facti nomen audiuit?] Scripti libri, partim ſic. Quis enim meum in iſtius facti conſcientia glorioſiſſimi. partim hoc modo. Quis enim meum in iſtius facti glorioſiſſimi conſcientia. In eo congruũt uniuerſi, quòd conſcientia non ſocietate probant. quod minime diſplicet: ſiquidem non obijciebat Antonius Ciceroni, quòd ſocius, ſed quòd conſcius fuiſſet. hoc oſtendit oratio M. Antonij, ex qua locum illum, quem infra ſcripſi, Cicero tranſtulit. M. Brutus, quem ego honoris cauſa nomino, cruentum pugionem tenens Ciceronem nominatim exclamauit. ex quo intelligi debet, eum cõſcium fuiſſe. hoc uerbum pro Cel. in eadem ſententia ponitur. Qui non modo à facti, ſed etiam à conſcientiæ ſuſpicione abeſt. & in VII. accuſ. non modo eos perſequi, ad quos maxima culpa corrumpendi iudicij, ſed etiã illos, ad quos conſcientiæ contagio pertinebit.

CLXV.

VT fuiſſe in iſta ſocietate uiderentur ſocij: cum ſocij non fuiſſent] Sic l.u. ut fuiſſe in iſta ſocietate uiderentur: ſocij non fuiſſent. ego ſic. ut fuiſſe in iſta ſocietate uiderentur, qui non fuiſſent.

CLXV:

ALTER etiam Halæ] Ahalæ, l.u. & ita ſcribi oportere, docent antiqua monimenta.

CLXV:

AB alienis potius conſilium peterent, quàm à ſuis? & foris potius, quàm domi?] Domo, l. Lang. quod uehementer placet. ut Terentius. petere cibum è flam=

*ma.& de Fin.bon.& ma. Quod poſſit è macello peti.*

CLXV:

*Hanc rem in Ciliciam ad hoſtium fluminis Cydni confeciſſet*] *Cilicia,l.u.perſpicue rectum.*

CLXV:

SI *ille ad eam ripam, quam conſtituerat, non ad contrariam nauis applicuiſſet*] *Naui appuliſſet, o.l. u.aperte rectum.*

CLXV:

ET *hos auctoritate mea cenſetis*] *Cenſes,o.l.u.*

CLXV:

IDQVE *Reip.præclarum fuiſſe tam multos.tum multo ipſis glorioſius eſt*] *Tam multos, nullis in ſcriptis l.reperitur. Itaq; ſic arbitror ſcribendũ.Idq; Reip. præclarum, fuiſſe tam multos,ipſis glorioſius eſt. ſententiam meam confirmat Col.L.in quo pro tum, ſcriptum eſt tam.*

CLXVI.

CVR *mihi potiſſimum? qui ſciebam*] *Libri ueteres partim cum impreſſis conſentiunt: partim pro qui,quid. ego,quòd. Supponit enim rationem, qua probabat Antonius,Ciceronem fuiſſe conſcium. Cur tibi (inquit) potiſſimum recuperatam libertatem gratulatus eſt? quòd ſciebas.Itaq; in extremo notam interrogandi apponerem,ſic.Cur mihi potiſſimum? quòd ſciebam? ut illud pro Mil.quæ cauſa cur Romam properaret? cur in noctem ſe coniiceret? quid afferebat feſtinatio? quòd hæres erat?*

CLXVI.

OMNES *enim in culpa*] *Nonnulli u.l.erunt.*



*quod tamen reijcio.*

CLXVI.

RELIQVORVM *quam uelis cauſam eſſe*] *Quam uelis eſſe cauſam. o.l. u. quod & compoſitione mihi uidetur eſſe concinnius,& numero.*

CLXVI.

HOMICIDII *rei ſint, an uindices libertatis*] *Lãg.homicidæ rei ſint.Col.homicidæ'ne ſint. nõnulli uetuſtatis non minoris libri,homicidæ ſint. nemo quidem certe (de antiquis loquor) homicidij. quorum conſenſum,etſi libri impreſſi plus concinnitatis mihi habere uidebantur, ſi quidem paria paribus referunt: ſilentio tamen prætereũdum eſſe non duxi: præſertim cum id uerbum neq; ſuperior (quod ſciam) neq; Ciceronis ætas uſurparit. quod ſi non contemnimus, poſtremum ſequemur.*

CLXVI.

COGITATIONEMQVE *ſobrij hominis ad punctum temporis ſuſcipe*] *L.u.partim cum impreſſis conſentiunt: pleriq;, punctum tantummodo: nonnulli puncto.omnes probabiles.*

CLXVI.

SVSCIPE. *& ego,qui ſum illorum.c.*] *Omnes ferè l.u.ſuſcipiet.ego.Col.ſuſcipe.ego.quod probabilius eſt.quidam,etenim,repoſuerunt.quod etiam mihi magis arrideret, ſi uel unum modo librum ſcriptum haberet auctorem.*

CLXVI:

CVR *legatorum numerus additus*] *L.Lang.& alij multi, eſt additus.Col.numerus actus. ego,auctus*

emendaram. quod poſtea neſcio cuius liber, uetus quidem certe, mihi penitus confirmauit.

CLXVI:

HAEC eſt ſumma cõcluſionis meæ: quoniam ſcelere à te liberati ſunt, ab eodem te ampliſſimis præmijs digniſſimi iudicati ſunt] Digniſſimos iudicatos, l. Col.

CLXVI:

QVAE enim res unquã (pro ſancte Iupiter) non modo in hac urbe, ſed in omnibus terris eſt geſta maior? quæ glorioſior? quæ commendatior erit hominum memoriæ ſempiternæ?] Erit, inducendum eſt, mea quidem ſententia, quæ tamen unius l. ſcripti auctoritate nitatur.

CLXVI:

IN huius me conſilij ſocietate, tanquam in equum Troianum, includi cum principibus non recuſo] Sic o.l.u. in huius me conſilij ſocietatem, tanquã in equum Troianum, cum principibus includi non recuſo.

CLXVII.

QVANQVAM quidem illud fuit, ut tu dicebas, omnibus bono, qui uni ſeruire nolebant] Sic l. Col. quanquam illud quidem fuit, ut tu dicebas, omnibus bono, qui ſeruire nolebant. Lang. & cum eo pleriq;, inſeruire. ego Col. ſequor: ſiquidem inſeruire eſt obſequi, & omnia dicere ac facere ad uoluntatem alterius, ut tuis commodis ſeruias. Seruire, iugo ſeruitutis oppreſſum eſſe. Id quod certe M. Tullius uoluit dicere. Iam uides, uni ſeruire, alienum eſſe. dicet enim quiſpiam, ergo pluribus, non uni ſeruire uo



lebant? quod abſurdiſſimum eſt. Ambitus etiam principium, ut Col. ſeruat, multo lenius eſt.

CLXVII.

QVI non modo non ſeruis, ſed etiam regnas] Qui modo non ſeruis, Lang. cæteri cum impreſſis conſentiunt. quibus aſſentior.

CLXVII:

CONTVRBATVS mihi eſſe uideris] Conturbatus eſſe mihi uideris, o.l.u. quod placet: ut finem uerſus nimis inſignis effugiamus.

CLXVII:

LIBERABO te metu] Libero, o.l.u.

CLXVII:

EGO te dico tantum gaudere] Tantum gaudere dico, o.l.u. & certe ſic uerba procliuius currere uidentur.

CLXVII:

ATQVE omne illud tempus] Atq; illud omne tempus, o.l.u. & oratio lenior.

CLXVII:

FLOREM nobilitatis, ac iuuentutis] Atque, Lang. & cum eo plerique.

CLXVII:

AC non ij maxime, quorum ego uitæ conſulebam, ſpe uictoriæ elati obſtitiſſent] Hoc amplius o.l.u. ac non ij maxime mihi. c.

CLXVII:

TV nunquam in hoc ordine] Sic omnes ferè l. u. tu certe nũquã. quod ita placet, ut mihi nunc deniq; ſentẽtia huiuſce circũſcriptionis ꝑfecta eſſe uideatur.

CLXVIII.

SED *qui iſtuc tibi uenit in mentem?*] Quid, o. l.u. de hoc paulo ante diximus.

CLXVIII.

TE *is, quem nunquam uidiſti*] Sic o. l. s. Te is, quem tu uidiſti nunquam.

CLXVIII.

L. Rubrius Caſſina] L. Col. Caſinas. alter, Caſſinas. e Caſſino ſcilicet oppido. atq; hoc quidem probant inſcriptiones ueterum monumentorum. T. Cl. Caſſinati coniugi bene merenti fecit Virginia. ſic Romæ in quodam ſepulcro inſcriptum eſt.

CLXVIII:

QVEM *nunquam uiderat, ac ne unquam ſalutauerat*] Ac nunquam, l.u.

CLXVIII:

VINI *exhalandi, non acuendi ingenij cauſa*] Non ingenij acuendi, o. l.u. placet.

CLXVIII:

DECLAMITAS. *tum uero adhibes ioci cauſa magiſtrum. c.*] Et uero, l. Col. & alij nonnulli.

CLXVIII:

IN *te, & in tuos dicta dicere*] Dicta, in quibuſdam l.u. non eſt: quos ille, qui de cla. Rhet. ſcribit, cõprobat, ſi tamen non mendoſe ſcriptus eſt. Is etiam hoc amplius, quòd, nõ, in te quæ uellet diceret, ſed, in quem uellet diceret, ſcriptum habet. l. Col. & Lang. impreſſos tuentur.

CLXVIII:

DVO *millia iugerum*] Iugera, o. l.u.



CLXVIII:

DICAM *alio loco de Leontino agro, & de Campano*] Et de Leontino agro, o. l.u. quod placet.

CLXIX.

QVAMVIS *qui fortunæ uicio, non ſuo decoxiſſet*] Quamuis quis, l. Col. quod placet.

CLXIX.

PER *tegulas dimitterere*] Ego, demitterere. etſi o. l. contra ſentiunt. ut Liu. dec. IIII. Multi proxima nocte funibus per murum demiſſi.

CLXIX.

TANTVM *enim pro te interceſſiſſe dicebat*] Sic tres l.u. in queis Col. Tantum enim ſe pro te interceſſiſſe. quod minime diſplicet: ſic enim uideo Ciceronem locutum in VI. l. ep. ad Att. Calcar admouet, interceſſiſſe ſe pro ijs magnam pecuniam.

CLXIX:

ITER *Alexandriam*] Itur, Lang. nõnulli, itum.

CLXIX:

CONTRA *Senatus auctoritatem, contra religiones*] Liber Marcelli Ceruini Cardinalis, quem pro eius eximia uirtute, atq; dignitate cauſa honoris appello: non religiones, ſed religionem. quod uehementer probo. etenim in legendo, ac peruolutando Cicerone obſeruaui, quoties hanc eandem rem commemorat (commemorat autem ſæpiſſime) toties non aliter locutum eſſe. ut in Piſ. Auderet, quam prouinciam P. Lentulus amiciſſimus huic ordini, cum & auctoritate Senatus, & ſorte haberet, interpoſita religione ſine ulla dubitatione depoſuiſſet; eam ſibi tum adſciſcere, cum etiam ſi

*religio non impediret.c.Sed quid te obtundo? Sexcenta loca ſunt in ep.ad Lentulum.*

CLXIX:

ACCEPERAM *enim*] *Enim,in l.u.non eſt.*

CLXIX:

CVSTODITVS *ſum à te: tu à me obſeruatus in petitione Quæſturæ*] *Cultus pro cuſtoditus, l. Col.quod placet.quod autem ſequitur,in eo nõnulli pro obſeruatus repoſuerunt adiutus,credo ob eam cauſam, quòd ijs abſurdum uidebatur, M. Tullium, qui multis annis natu erat maior,omnibusq́; honoribus uſus, Antonium obſeruaſſe: quod ut ijs conſonum uideatur,huc uerba quædam ex l.i.de or.tranſtulimus.Cum Aedilitatem peteret Craſſus,eumq́; maior natu,etiam Conſularis Ser.Galba aſſectaretur.Iam contra illos omnes libri faciunt.*

CLXX.

ADVOLAS *egens ad Tribunatum*] *Pro egens, l.Col.habet eius. quod quanquam duriuſculum mihi uideatur: quia tamen & paulo infra dicit, Iſte uenditum,atq; emancipatum Tribunatum conſilijs ueſtris oppoſuit,& liber hic non mediocris uetuſtatis eſt, præterire ſilentio non placuit.*

CLXX.

VT *in eo magiſtratu, ſi poſſes, uitrici tui ſimilis eſſes*] *Viri tui ſimilis,o.l.ſcripti.optime.his autem uerbis Curionẽ deſignat,qui ſuperiore anno Tribunus plebis fuerat,emptusq́; à Cæſare ab eius cauſa pertinaciter ſteterat. quid autem ſibi hæc uerba uelint,ex eo loco intelligere licet. Sed cito interuenit Curio, qui te à*



*meretricio quæſtu abduxit; & tanquam ſtolam dediſſet, in matrimonio ſtabili,& certo locauit.Sic etiam locutus eſt poſt red.ad ſen.eáq; dixit,quæ ſi eius uir Catilina reuixiſſet,dicere non eſſet auſus.*

CLXX.

QVAE *in nos, fortunasq́; noſtras, id eſt uniuerſam Remp.*] *Id eſt in uniuerſam,o.l.u.*

CLXX.

IN *minoribus peccatis*] *Minoribus in peccatis,o.l.u.multo elegantius.*

CLXX.

NONDVM *tot luminaribus extinctis*] *Luminibus, tres l.u. in queis Col.quod ita placet, ut non dubitem,quin hoc uerum,illud alterum ſubdititium ſit.*

CLXX:

NEQVE *frequens Senatus agendo*] *Sic omnes ferè l.u.neq; R.eques,aut Senatus.quod tamen minime placet.Col.cum impreſſis facit.*

CLXX:

MVLTIS *ante tẽtatis*] *Multis rebus ante temptatis,nonnulli u.l.in queis Col.*

CLXX:

CAESARI *perturbare omnia cupienti*] *Omnia perturbare,o.l.u.*

CLXX:

CAVSAM *dementiſſimi ſui conſilij*] *Sui dementiſſimi,o.l.u.*

CLXX:

CIRCVNSCRIPTVS *eſſet Antonius*] *Circunſcriptus à Senatu eſſet.pleriq; l.u.in queis Col.*

CLXX:

SED *nihil de Cæſare*] L.s.*partim nihil Cæſaris, partim nihil Cæſari.*

CLXXI.

EXEQVI *fugam illam,cladem<ins>q</ins>;*] *Exequi cladem illam, fugamq;,o.l.s.*

CLXXI.

VNOQVE *uerbo Remp.*] *Mihi omnino magis arrideret, ſi dempta coniunctione diceretur: ut* Cato *uſus eſt.& ſi bilis atra eſt; & ſi lienes turgent; & ſi cor dolet; & ſi iecur, aut pulmones, aut præcordia; uno uerbo omnia ſana faciet,quæ intro dolitabunt. &* Plaut.*in* Rud.*quanquam hic quidem plene enunciauit.* Fraudis,*ſceleris, parricidij, periurij plenus, legirupa, impudens,impurus,inuerecundiſſimus,uerbo uno abſoluam,leno' ſt.quia tamen uideo* Græcos *ita loqui: nam quod uno uerbo noſtri,illi* ἑνὶ λόγῳ,Plato *in* Lyſide, ἂν ἀντί τινος μὴν οὕτω σε δεινῶς διακωλύουσιν εὐδαίμονα εἶναι; καὶ ποιεῖν ὅ,τι βούλοιο; καὶ δι' ἡμέρας ὅλης τρέφουσί σε ἀεὶ τῷ δουλεύοντα, καὶ ἑνὶ λόγῳ, ὀλίγου ὧν ἐπιθυμεῖς οὐδὲν ποιοῦντα; *& librorum antiquorum nec unus quidē mecum facit: idcirco immutare nō auſim.*

CLXXI.

IN *ſeminibus cauſa eſt arborum*] *Eſt cauſa arborum,o.l.u.*

CLXXI.

SIC *iſte* Reip.*cauſa belli*] *Sic iſte huic* Reip.*o.l.u.quod ſummopere placet.*

CLXXI.

RESTITVEBAT *multos calamitoſos*] *Da*



*mnoſos,*Lang.*ut fortaſſe emendandum ſit, damnatos. hoc certe uoluit dicere.*

CLXXI.

QVOD *de patruo dicebatur*] De *patruo tuo, nonnulli u.l.in queis* Col.

CLXXI.

EGO *tamen,quoniam condemnatum eſſe pro nihilo uis*] Et *ego tamen, quoniam condemnatum eſſe, pro nihilo eſt,l.u.*

CLXXI.

HOMINEM *uero omnium nequiſſimum*] Vero,*omnibus antiquis l.auctoribus delendum eſt.*

CLXXI:

LEGE, *quæ eſt de alea*] O.*l.u.qui tamen nō ſe mihi ſatis cōprobāt,hoc modo.uel lege,[quæ eſt de alea.*

CLXXI:

NON *uero illo,& mimico nomine*] Non *noto illo,o.l.u.*

CLXXI:

VOLVMNIAM *ſalutabant*] Conſalutabāt, *o.l.u.*

CLXXI:

SEQVEBATVR *rheda cum lenonibus: comites nequiſſimi*] Sic *nonnulli u.l.ſequebantur rheda cum lenonibus comites nequiſſimi. quos probo: ut pro comitibus nequiſſimis, meritorios pueros intelligat. id quod paulo infra apertius dicet.* Ingenui *(inquit) pueri cum meritorijs, ſcorta inter matres familias uerſabantur.*Rheda *autem ſit ſexti caſus: ut* Salluſtius *dixit,equo circumiens: & alter neſcio quis, ſcriptor cer*

te non malus, equo ſequi. Petrus Victorius, quē honoris cauſa nomino, corrigendum putat. Sequebatur rheda cum leonibus: comites nequiſſimi. & mehercule opinionis ſuæ librum, illum quidem non antiquum, ſed tamen ſcriptum, adſtipulatorē habet. Arbitratur enim uir doctiſſimus, Ciceronem id ſignificare uoluiſſe, quod Plinius l. VIII. memoriæ prodidit. Primus, inquit, Leones Romæ ad currum iunxit M. Antonius, & quidem ciuili bello, cum dimicatū eſſet in Pharſalicis campis, nō ſine oſtento quodam, tempore illo generoſos ſpiritus iugum ſubire coactos, prodigio ſignificante. nam quòd ita uectus eſt cum mima Cytheride, ſupra monſtra etiā illarum calamitatum fuit. Hæc Plinius: quæ Plutarchus, quæ Cicero ipſe tradidit. ego autem præterquam quòd pro uno illi poſſum uiginti adſtipulatores regerere, in eis treis uetuſtiſſimos: praeterea, qui ita loqueretur, ut diceret, Rheda cum equis, rheda cum mulis, id eſt rheda mulis iuncta, neminem adhuc inueni. Iam uero ut rem tam inuſitatam, ac penè portenti ſimilem tam breuiter attingeret, nec ullos in ipſam orationis aculeos emitteret, adduci ad credendum nullo modo poſſum. Tu igitur iudicium adhibebis: idq́; eliges, quod ad locum aptius conuenire iudicabis.

CLXXI:

DIFFICILIS eſt ſanè reprehenſio: & lubrice uerſatus in bello eſt] Difficilis eſt ſanè reprehenſio, & lubrica. A. l. u.

CLXXI:

NIHIL de genere belli dicam] De belli genere, o. l. u.



CLXXI:

VICTOR Theſſalia] E Theſſalia, l. u.

CLXXII.

QVI tunc tecum fuerunt] Tum, o. l. s.

CLXXII.

FAC te dediſſe mihi, quod non ademiſti] Fac id te, l. Col.

CLXXII.

MEQVE à te habere uitam, quia à te non ſit erepta] Quæ à te. c. nonnulli u. l. in queis Col.

CLXXII.

LICEAT nunc mihi. c.] Ne pro nunc, omnes ad unum libri ſcripti. in primo uerbo inter ſe diſſentiunt: nam partim liceat, partim licet defendunt: mihi neutrum placet: corrigendumq́; arbitror, licuit'ne: mihi enim hoc ſentire Cicero uidetur, eſto, ſit beneficiū, quòd me nō occideris, cum poſſes: ueruntamen, etiam ſi maxime uoluiſſem, ut uolebam, potui'ne illud tueri, cum poſtea conuicijs me conſcideris, atq; orationem contumelioſam in me euomueris? quod tibi certe faciēdum non fuit, ſi tuum erga me beneficium tueri uolebas: cum præſertim me par pari relaturum uideres. ſi extrema uerba diligenter attenderis: intelliges profecto, licuit, non liceat, neq; licet, conuenire. Sed teſtificor ſententiam meam: nihil affirmo.

CLXXII.

IN ſinum quidem, & complexum tuæ mimulæ] Et in complexum, o. l. u.

CLXXII.

TOT dierū tibi uiam] Tibi tot dierū uiā, o. l. u.

CLXXII.

IN *urbe auri, & argenti*] *Et, inducendum de au ctoritate omnium u.l. & elegantiæ.*

CLXXII.

CVM *eſſet ille Alexandriæ*] *Cum ille eſſet Ale-xandriæ, nonnulli u.l.*

CLXXII.

BENEFICIO *amicorum eius*] *Eius, à l.* Col. *abeſt.*

CLXXII.

CVM *Hippia uiuere, & equos uectigales* Sergio *mimo tradere*] Sic *l.* Lang. *cum proprio uiuere, & equos uectigales ſerio.c.* Sed *falſitatis ( ut ita dicam ) conuincitur teſtibus,* Plutarcho. *s. cæteriſq; rerum ge-ſtarum* M. Antonij *narratoribus, qui iiſdem nominibus eoſdem nominant. cum autē dicit, equos uectigales* An-*tonium* Sergio *mimo traditurum : hoc accipio , equos quatuor factionum , quibus uectigal erat impoſitum, nulla pecunia* Sergio *locaturum . quòd autem ij pen-derent uectigal, declarat* Aſconius, *cuius uerba ſubſcri-pſi.* Diximus *iam ſupra,* Syllæ *ludis, quos propter uicto-riam fecerat, quadrigas* C. Antonium, *et alios quoſdam nobiles homines agitaſſe. præterea* Antonius *redemptas habebat ab ærario uectigales quadrigas: quam redem-ptionem ſenatori habere licet per legem.*

CLXXII.

DE *iniquiſſimo genere leuitatis*] Nequiſſimo, *l. u. perſpicue uerum.*

CLXXII:

IN *cœtu uero populi*] Deeſt, Romani. *id apud*



Quint. *l.* VIII. *apparet. ſingula ( inquit ) incremētum habent per ſe deforme, uel non in cœtu uomere : in cœ tu etiam non populi : populi etiam* Romani. Superiora *quoq; membra aliter apud eundem ſcripta ſunt. ſi hoc tibi inter cœnam, & in illis immanibus poculis tuis acci diſſet : quis non turpe duceret ?*

CLXXII:

CAESAR *Alexandriam ſe recepit*] Sic *o. l. s. ego tamen non dubito, quin emendandum ſit,* Alexan-*dria : ſiquidem ſimilius ueri eſt, hoc eſſe factum à* Cæ-*ſare , cum ſe* Romā *ex* Aegypto *recepiſſet, quàm dum eſſet* Alexandriæ . Sed *quid ego argumentor ? id* Plu-*tarchi uerba, quæ infra ſcripſi , declarabunt .* διὸ καὶ καῖσαρ ἐπανελθὼν, δολαβέλλα τε συγγνώμην ἔδωκε, καὶ τὸ τρίτον αἱρεθεὶς ὕπατος, οὐκ ἀντώνιον, ἀλλὰ λέπιδον εἵλετο συνάρχοντα. τὴν δὲ πομπηΐου πωλουμένην οἰκίαν ὠνήσατο μὲν ἀντώνιος, ἀπαιτούμενος δὲ τὴν τιμὴν ἠγανάκτει.

CLXXII:

SI QVIS *Reip. ſit infelix, felix eſſe non poteſt*] L. Col. *& alij aliqui ſic.* Niſi *qui* Reip. *ſit infelix, felix eſſe nemo poteſt. ut fortaſſe ita corrigendum ſit.* Niſi *qui* Reip. *ſit felix, felix eſſe nemo poteſt. In hoc certe omnes libri ſcripti conſentiunt, quòd, nemo, pro non habent.*

CLXXII:

CIRCA *haſtam illam*] Circum, *liber unus, atq; alter : in quibus* Col.

CLXXIII.

MALE *parta male dilabuntur*] Parata, *l.* Lág. *& alij nonnulli : ſed perperam : niſi* Sex. Pompeio *fi-*

dem abrogamus. Partus ( inquit ) & pro naſcendo ponitur, & pro parato. Neuius. Male parta male dilabuntur. & Plaut. in Pœn. male partum male diſperit.

CLXXIII.

CARYBDIN Dico? quæ ſi fuit: fuit animal uiuum] Vnum, l. u. Quintilianus, & Seneca.

CLXXIII.

NON enim ſemper iſte felix] Ipſe, o. l. u.

CLXXIII.

VRBES, & regna] Hoc amplius o. l. s. urbes, & regna celeriter.

CLXXIII.

OS importuniſſimum] Impuriſſimum, nonnulli u. l. ut in V. Atq; in me abſentem orationem ore impuriſſimo euomuit. uetuſtiores tamen libri ſcripturam impreſſam comprobant. & M. Tullius in oratione poſt reditum ad ſenatum, ſi modo, inquit, uultum importunum in forum detuliſſet.

CLXXIII:

VIOLENTVS, & furens] Nonnulli s. l. uinolentus.

CLXXIII:

NEQVE rebus exteris magis laudandus] Externis, pleriq; l. u. in queis Sc. ut pro Plancio locutus eſt, quem externis, quem domeſticis nõnullis rebus inferiorem, quàm te.

CLXXIII:

ILLAM ſuã ſuas res ſibi habere iuſſit: ex duodecim tabulis cauſam addidit: exegit] Omnino mihi probantur impreſſi libri: ſiquidem Plautus quoq; in



Mercat. hoc idem uidetur oſtendere. Vxor (inquit) uiro ſi clam domo egreſſa eſt foras: uiro fit cauſa: exigitur matrimonio. placuit tamen teſtatum relinquere, quid libri ſcripti ſentirent: nam partim clauſa, partim claues, partim clauos ademit: nonnulli, adiecit: nemo quidem certe cauſam. Quinetiam apud Non. Marcellum uerbum exigo exponentem, atq; huiuſce loci teſtimonio utentem ita ſcriptum eſt, Claues ademit, foraſq; exegit. In ſuperioribus quoq; uerbis libri V. inter ſe diſſident: nam partim ex duodecim tabulis, partim, ex duodecim, tantummodo: & certe utroq; modo locutus eſt M. Tullius. primum peruagatum eſt: alterius exempla ſupponemus. Diſcebamus enim pueri duodecim, ut carmen neceſſarium. & paulo ante. Iam cætera in duodecim minuendi ſunt ſumptus. Hæc de leg. l. ij.

CLXXIII:

DIXISSET aliquando credo auus tuus ſe & Conſulem, & Antonium] Sic l. Col. dixiſſet, credo, aliquando auus tuus & Conſulem, & Antonius: ut fortaſſe ita ſit emẽdandum. Dixiſſet, credo, aliquando auus tuus, & Conſul, & Antonius.

CLXXIII:

NISI ſolus eſſes Antonius] Sic l. Lang. niſi ſolus Ant. Scalæ, niſi ſi ſolus Ant. Col. niſi tu es ſolus Antonius. quem ſequor.

CLXIIII.

QVORVM Cæſar nõnullos fortaſſe ſeruaſſet] Quos Cæſar ut nonnullos, o. l. u.

CLXXIIII.

TESTAMENTI, ut ipſe dicebat, filius] Sic

o.l.u.teſtamenti,ut dicebat ipſe, filius. nonnulli,non illi quidem ueteres, ſed tamen ſcripti,pro teſtamenti teſtamento: quod tamen abiudico: nam in II. quoq; l.de leg.hæredem teſtamenti dixit.

CLXXIIII.

AC ne potuit quidem] At,nonnulli s.l.

CLXXIIII.

NVM ſibi ſoli uicit] Nõnulli u.l.in queis Col.nõ.

CLXXIIII.

EXCLVSIS tuis uocibus] Excuſſis, o. l. u. ſummopere placet. Idem dicit,quod his uerſibus Tibullus. Magna loquor: ſed magnifice mihi magna locuto Excutiunt clauſæ fortia uerba fores. Vtitur hic ipſe pro Sylla. Qui ſi attulerint neruos,et induſtriam; mihi crede,excutient tibi iſtam uerborum iactationem.

CLXXIIII.

AD prædas tuas milites miſit] Ad pedes tuos,liber unus,atq; alter: in quibus Col.qui quidem in hanc me opinionem duxerunt, ut emendandum putarem, prædes tuos: quòd idem hoc loco mihi uidetur ſignificare uoluiſſe, quod paulo poſt ijs,quæ ſubſcripſi,uerbis.Ne L.Plancus prædes tuos uenderet. Antonius enim Pompeij bonis emptis de Cæſare, ei prædibus cauerat: ad quos,ut etiam ad Antonium,cum dependere nollet, miſiſſe milites Cæſarem,ueriſimile eſt. Id argumentum etiam non nihil ſententiam meam confirmat, quòd in loco ſupra prolato non ſolum Col.ſed etiam Lang.& alij aliqui libri non prædes, ſed pedes ſcriptum habent. ibi autem prædes eſſe ſcribendum,apud hunc ipſum l. XII.ep.ad Att.de hac ipſa re loquentem apparet. Heri (inquit)cum ex aliorum litteris cognouiſſem de Antonij aduentu, admiratus ſum, nihil eſſe in tuis: ſed erant pridie fortaſſe ſcriptæ,quàm datæ: neq; iſta quidem curo: ſed tamen opinor propter prædes ſuos accurriſſe.



CLXXIIII.

SORDIDATA mancipia] Mancupia,Lang. ut Varro de lingua lat.in lege mancupiorum.

CLXXIIII.

PROFECTVS eſt tamen aliquando in Hiſpaniam] Tandem aliquando,o.l.u.

CLXXIIII.

CONSILIVM à principio reprehendẽdum] A' primo,o.l.s.ut in ep.ad Att.utinam à primo ita tibi eſſet uiſum.

CLXXIIII.

TV uero qui es?] L.Lang.Sc.Col. quid es? alius non minoris uetuſtatis,qui cum recentiores ferè faciũt, quid cenſes? quod probo.

CLXXIIII.

FVERIT partium hæc cauſa communis] Fuerit hæc partium,o.l.u.lenior certe conſtructio.

CLXXIIII.

IN quæ tu inuaſeras] Quæ tu,Lang. & alij nonnulli. utraque probabilis.

CLXXIIII.

Hæc cum peterent armis ij,quorum erant legibus] Repeterent, nonnulli u.l.quod probo.

CLXXIIII.

NARBONAE] Narbone, o.l.perſpicue rectũ.

CLXXIIII:

NARBONA *reditus?*] *Narbone,o.l.de Narbone Marcio Cicero pro Font. & Velleius Paterculus, qui hanc coloniam deductam tradit Porcio, & Marcio Coſs.ex quo exiſtimari poteſt, à Marcio Marcij nomen traxiſſe. quod autem ſequitur,reditus? & tamen quærebat: id ſic L.Col.reditus eius? iam quærebat.c.reditus eius, placet: tamen non iam probo. ſic igitur corrigendum eſt,Reditus eius? tamen quærebat.*

CLXXIIII:

VOLVI *etiam ſi poſſem*] *L.u. ſi poſſem,etiã. recte.*

CLXXV.

NVLLIS *nec caligis*] *Gallicis,Aul.Gellius.*

CLXXV.

NE *tu mecum iam in gratiam redeas*] *Ne tu iã mecum.c. o.l.u.refer ad aureis: probabunt.*

CLXXV.

EX *omniũ omnibus flagitijs*] *Ex omnibus omniũ flagitijs,L.Col.& certe plus habet concinnitatis.*

CLXXV.

QVÀM *quod qui magiſter.c.*] *Quàm quod,à Col.& nõnullis alijs u.l.abeſt: quod uehemẽter probo.*

CLXXV.

CVM *caligis*] *Gallicis.Gellius.*

CLXXV.

INDE *Caſſia celeriter ad urbem aduectus*] *Ciſio, non ciſſio,emendandum eſt.breuis.n.prima ſyllaba.*

CLXXV.

NE *L.Plancus prædes tuos*] *Suos, aut, habuiſti, emendandum*



*emendandum.*

CLXXV.

POPVLVM *in te dicacem etiam reddidiſti*] *populum etiam dicacem in te,o.l.s.*

CLXXV:

FACTVS *ei*] *Factus es ei,o.l.u.ualde placet.*

CLXXV:

IMPVLSVS,*eluſus,inductus*] *Impulſus,inductus,eluſus,o.l.u.*

CLXXV:

VIDE, *etiã ne facilius*] *uide,ne etiã,o.l.s.recte.*

CLXXV:

RELIQVI *magiſtratus etiam inſpectionem*] *Varro de lingua lat.Spectare, dictum,inquit,ab antiquo,quo etiam Ennius uſus eſt. Vos epulo poſtquam ſpexit.& quod in auſpicijs diſtributum eſt, qui habeant ſpectionem, qui non habeant. Sex.quoque Pompeius,ſpectio,inquit,in auguralibus pro aſpectione ponitur.horũ auctoritate ductus octo abhinc annis ſpectionem emendaram.opinionem meam L.Col.approbauit.*

CLXXVI.

DIXIT *Dolabellæ comitia aut prohibiturũ.c.*] *Dixiſſe,o.l.s.ego,dixit ſe: niſi forte eodem modo dictũ eſt,ut illud pro Roſc.Am.Te'ne,cum cæteri ſocij tui fugerent,ac ſe occultarent: ut hoc iudicium non de illorũ præda, ſed de huius maleficio fieri uideretur, potiſſimũ tibi parteis iſtas depopoſciſſe? & Terentij.Seruon' fortunas meas me cõmiſiſſe futili? & Catonis apud Gellium. Inſignitas iniurias,plagas,uerbera,uibices, eos dolores,atq; carnificinas per dedecus,atque maximam con*

tumeliam inſpectantibus popularibus ſuis, atque multis mortalibus te facere auſum eſſe? quod tamẽ nõ placet.

CLXXVI.

IMPLICATA inſcitia] Inſcientia, Lang.

CLXXVI.

SI neſcit, quod augurem, nec facit.c.] L.Col. nec ſcit, quod augurem.c. quod mihi quidem multo elegantius, & concinnius uidetur.

CLXXVI.

ATQVE illo die recordamini.c.] Atq; ex illo die, o.l.s. optime: ſiquidem non illo die ſolum, ſed ex illo die ad idus Mart. tam abiectus fuit.

CLXXVI.

SECVNDA claſſis uocatur] Vocatur, à l.u. abeſt.

CLXXVI.

FVTVRVM eſſe præuideras] Prouideras, o.l. u. ſequor impreſſos.

CLXXVI.

CONSVL conſuli obnuntiauiſti] Nuntiauiſti, o.l.s. & certe omnibus in locis, quibus huiuſce rei mentionem facit (facit autem plurimis) ſemper nuntiare, nunquam obnuntiare dicit. probo.

CLXXVI:

SED ne forte multis rebus geſtis M. Antonij rẽ unã pulcherrimã.c.] Ex multis rebus, o.l.s. apte rectũ.

CLXXVI:

IN porticu numitia] Lang. minuntia: nonnulli, minuſia: ego, Minutia, auctoritate Victoris adductus. Regio (inquit) nona circum Flaminium continet, & ſta



bula quatuor factionum ſex, porticum Philippi, Minutiam ueterem & frumentariam. Aliter hæc uerba ſe habent in libris impreſſis: nos ea ſubſcripſimus, ut erãt in libro litteris Lang. conſcripto.

CLXXVI:

QVAE poteſt eſſe turpitudinis tanta defenſio?] Tantæ, nonnulli u.l. quod ſummopere placet.

CLXXVI:

TE eſſe conſulem] Conſulem eſſe, o.l.u.

CLXXVI:

AVCTOR regni inuentus eſſes] À L.Col. & alijs nonnullis inuentus abeſt: & certe ſuperuacaneum eſt, nec dignum Ciceronis elegantia.

CLXXVI:

PARTEM habes ſenſus] Senſus habes, ijdem libri.

CLXXVI:

CRVENTAT oratio] Cruciat, Lang. & nonnulli alij: quod reijcio.

CLXXVI:

VIRORVM ſummorum gloriam] Summorum uirorum gloriam, o.l.s. & aures probant.

CLXXVI:

QVID indignius, quàm uiuere eum?] Sic o. l.u. non'ne indignus tu tueri? non'ne indignumſt uiuere eum, fortaſſe corrigendum eſt.

CLXXVII.

AT etiam inſcribi iuſſit in factis, ad lupercalia C. Cæſari.c.] Aſcribi, o.l.u. optime. hoc amplius ego: quòd interualli notam non poſt faſtis, ſed poſt luperca

lia appono ſic. At etiam aſcribi iuſſit in faſtis ad lupercalia, C. Cæſari. c. Indicat locus ep. ad Brut. Ego enim D. Bruto liberato, cum lætiſſimus ille ciuitati dies illuxiſſet, idemq́; caſu Bruti natalis eſſet: decreui, ut in faſtis ad eum diem Bruti nomen aſcriberetur. Aſcribebatur autem quid in faſtis ad aliquem diem ſic. Hoc die (exempli gratia) Brutus erupit Mutina: Antonius Cæſari regnum detulit, Cæſar uti noluit. hoc in faſtis antiquis apparet.

CLXXVII.

IN *legibus, & iudicijs* ] Et in iudicijs, o.l.u.

CLXXVII.

L. TARQVINIVS *regno exactus* ] Lang. cum eo multi alij. L. Tarquinius regno pulſus, exactus. quo animaduerſo, pro certo putaui, regno pulſus, eſſe gloſſema: ſiquidem, regibus exactis, exactor regum, recte ſine adiunctione dicitur. ſententiam meam Col. liber approbauit. ſic igitur emendandum, Tarquinius exactus.

CLXXVII.

SP. CASSIVS, Sp. Melius ] Vltimum prænomen à l.u. abeſt: & certe ſuperuacaneum eſt: ambobus enim idem prænomen erat.

CLXXVII.

TVM *etiam tuum de auſpicijs iudicium* ] Protum, Lang. & cæteri ferè, Num. quod probo: hoc enim ſentit Cicero, fortunam quidem populi Ro. illum diem ſuſtuliſſe, non tamen iudicium M. Antonij ſuſtuliſſe: qui quidem interfecto Cæſare ſtatim Dolabellam ſibi collegam eſſe uoluiſſet: quo facto ſe auſpicia emen



titum eſſe iudicauit. Sic igitur ſcribendum, Num etiā tuum de auſpicijs iudicium interitus Cæſaris ſuſtulit?

CLXXVII.

QVOD *ijs de rebus* ] Iis rebus, Lang. Col.

CLXXVII.

QVAE *formido illa die?* ] Illo die, Lan. & Col. & recte: ſiquid ponderis apud nos habet Pedianus.

CLXXVII.

Ò MEA *ſemper fruſtra ueriſſima auguria* ] Ò mea fruſtra ſemper, o.l.s. aures probant.

CLXXVII.

IRENT, *& redirent* ] Irent, redirent, o.l.u.

CLXXVII:

EQVIDEM *inuitus* ] Et quidem inuitus. aperte uerum.

CLXXVII:

NON *diuturni magiſter officij* ] Diuturnus, o.l.s. impreſſos tuetur ipſe Tullius de off. cuius uerba ſubſcripſi. Malus enim cuſtos diuturnitatis metus.

CLXXVII:

À TE *non diſceſſit audacia* ] O.l.s. diſcedit: & hoc quidem rectum.

CLXXVII:

FVNERI *Tyranni illius ſceleratiſſime præfuiſti* ] Sceleratiſſimi, o.l.s. recte, meo quidem iudicio.

CLXXVII:

FACES *incendiſti, & eas, quibus ſemiuſtum latus illius eſt* ] Semiuſtulatus ille eſt, Col. l. præclare. hoc uerbo quoque pro Mil. uſus eſt. Infeliciſſimis lignis ſemiuſtulatum, nocturnis canibus dilaniādum reliquiſti.

Vſtulare dixit auctor obſcœni carminis: Ambuſtulatum Plautus.

CLXXVII:

VT eius omnem propter proximum.c.] Vt eius regni,o.l.u.quod tamen opinor eſſe gloſſema.quod autem ſequitur,Tolleres metum: metum tolleres, L. Col. quem ſequor: hic enim numerus uiget, ille alter iacet.

CLXXVII:

NVM me igitur fefellit?] Nũ igitur me,o.l.u.

CLXXVII:

POTVIT ſui eſſe diſſimilis?] Sui potuit eſſe, o.l.u. multo concinnius.

CLXXVIII.

SINGILLATIM] Singulatim,Lang.utrũq; uſitatum. recte etiam dicitur ſigillatim: niſi omnes libri mendoſi ſunt.

CLXXVIII.

DIMINVTVM eſt] Deminutum,Lãg.Scal.

CLXXVIII:

DEIOTARO populo Ro. amiciſſimo] Sic l. ſcripti,Po.Ro.quod interpretor, populi Ro.

CLXXVIII.

APVD mortuum factus eſt gratus] Aſſentior Vbaldino,homini omni liberali doctrina politiſſimo,atque acerrimo huiuſce generis exiſtimatori: qui pro gratus repoſuit gratioſus: nam ab impreſſis non diſcrepãt libri ſcripti, qui quidem integri ſunt. hoc autem dixi propter Lang.& cæteros l.u.& multos alios non illos antiquos quidem, ſed tamen ſcriptos: quibus in omnibus deeſt (ſic enim ſentio) totus hic locus ab ijs uerbis,



Quid de cõmentarijs infinitis,ad eadem ipſa uerba.

CLXXVIII.

SYNGRAPHA ſeſtertij centies] HS.cẽties. uel ſeſtertium centies: etſi o.libri contra faciant.

CLXXVIII.

SINE reliquorum hoſpitũ regis ſententia] Hoc amplius,o.l.s. ſine ſua, ſine reliquorum.c.Ego ſic, ſine Sex. ſine reliquorum.c.ut autem in hanc opinionem diſcederem, fecit ipſe Tullius,cuius locum hoc idem referentem ex XVI.ep. ad Att.huc rei dilucidandæ cauſa trãſtulimus. Ecquid amas Deiotarum, & non amas Hieram? qui,ut Bleſamius uenit ad me: cum ei præſcriptum eſſet,nequid ſine Sexti ſententia ageret, neq; ad illum,neq; ad quenquam noſtrum retulit.

CLXXVIII.

CIVITATES locupletiſſimæ Cretenſiũ uectigalibus liberantur] Vectigalibus,inducendum,non ſolum omnibus l.s.ita ſuadentibus, uerum etiam ratione cogente: ſiquidem ſcriptores,quibus primæ ſermonis latini deferuntur,non aliter unquam locuti ſunt.Cice.in proxima Phil.Vendiderit immunitates: ciuitates liberauerit.& V.Regna data: populi, prouinciæq; liberatæ. & de prouincijs conſularibus. uectigales multos, & ſtipendiarios liberauit. ſic liberare agros, publica, ſeruos, ſine adiunctione dicitur.

CLXXVIII:

OMNINO ullius rei nemo fuit emptor] Tres l.u.in queis Col. omnino nemo ullius rei fuit emptor. quos probo.

CLXXIX.

QVI ſimili in calamitate fuerint] Lang. & alij nonnulli, ſimili calamitate. & certe hic idem ſimiliter locutus eſt pro Syl. Pari calamitate qui fuerant.

CLXXIX.

AVSPICIA tuorum ſunt] Sunt tuorũ, o.l.u.

CLXXIX.

*QVID metuiſti? credo ne ſaluo capite nega=re non poſſes] Sic omnes ferè l.u. quem metuiſti credo ne ſaluo capite negare non poſſes. omnino hic locus mẽdo non uacat. quid enim frigidus hac ſententia? Credo ne ſaluo capite negare non poſſes. quid dico frigidius? imo uero cum ſuperiori non conſtat: nam ſi ita dixiſſet, non enim interuenire uoluiſti, aliquo modo inter ſe fortaſſe conuenirent: cum autem, interuenerit; pugnãtia ſine dubio loquitur. Quid, ſi necare pro negare reponatur? ſcribit enim l. iij. Liuius, L. Valerium, & M. Horatium coss. lege ſanxiſſe, ut qui Tribunis plebis, Aedilibus, Iudicibus, Decemuiris nocuiſſet, eius caput Ioui ſacrum eſſet. ut hæc ſit horum uerborum ſententia. Cur non paſſus es, eum fieri VII uirum diuidundis agris? nullam ob aliam cauſam credo, niſi ut quem omnibus cõtumelijs, ac probris affeciſti, hunc etiam ſaluo capite necare poſſes. id quod facere non potuiſſet, ſi factus eſſet VII uir: ſiquidẽ ſacroſancti ſunt. ſic. n. et haberet neſcio quid ſubmoroſi, atq; ſtomachoſi ſentẽtia: et eidẽ ſubeſſet aliud dicentis, ac ſentientis diſſimulatio, ea quam græci εἰρωνείαν uocant: nam cum aliud dicere uideatur, hoc tamen ſentit, Antonium eas opes per uim, eam potentiã ſibi paraſſe, ut quẽuis occidere poſſit impune: eſſe



porro tanta importunitate, impotẽtia, immanitate præditum, nihil ut ei inuiolatum, nihil ſanctum, nihil auguſtum eſſe uideatur. ſed non liquere pronunciemus: præſertim cum & omnes libri contra me faciant; & dubitem, utrum Liuius de Decemuiris litibus iudicandis, an colonijs deducendis loquatur. quid autem ſibi uelit, ſaluo capite, apparet in oratione pro Cæcin. Cæcinnæ placuit, & amicis, quoad ſaluo capite fieri poſſet, experiri. & pro Cluent. ſi id prætermittere ſaluo capite ſuo potuiſſet.

CLXXIX.

SI ulla pietas in te] Si in te ulla pietas, Lang. & cæteri: & lenior conſtructio.

CLXXIX.

ALIA conditione quæſita] Rectiſſime: nec libri ſcripti ab impreſſis diſcrepant: quidam tamen pro alia falſa repoſuerunt: quaſi uero non M. Antonius eiecta Antonia, Fuluiam ſibi deſponderit.

CLXXIX.

ODII cauſam] O.l.u. cauſam odij.

CLXXIX.

CVR approbantur?] Probantur, o.l.u.

CLXXIX.

* GLANDIFERAE, & fructuoſæ ferebantur] Lang. pro glandiferæ, grandifacere. nonnulli, gracifice. alij, grandifere. grandifacerent, alij. Locus meo quidem iudicio ualde deprauatus.

CLXXIX.

AT quàm nobilis eſt tua illa peregrinatio?] Atq; nobilitata ſit tua illa peregrinatio, o.l.u. ego ſic, Atq; no

*bilitata. & quæ ſequuntur, eodē modo : hoc enim membrum ſuperiori connectendum eſt : notaq; illa, quæ poſt tollatur eſt, quæq; demonſtrat ſententiam eſſe terminatam, tollenda : illa autem ſubdiſtinctionis quam grammatici uocant, apponenda : ut hæc ſententia ſit.* Tu Capuæ minitaris : utinam conere ; ut illud, penè, tollatur, et, te interfecto, peregrinatio tua nobilitata ſit. *id enim ſignificat, quod* XII. Phil. *declarat.* Veſtrum hoc conſilium Capua probabit ? quæ temporibus his Roma altera eſt. Illa impios ciueis iudicauit, eiecit, excluſit. Illi inquam urbi conanti è manibus eſt ereptus Antonius.

CLXXIX:

AB *hac religionū perturbatione* ] L. u. *partim ſic,* Ab hac perturbatione religionum: *nōnulli,* ab hac perturbatione regionum : *quos etiam magis probo : ut nō ad auſpicia referatur, ſed ad id, quòd territorium* Capuæ *minuerat,* Caſilinoq; *attribuerat. ſi quis tamē illud alterum ſequatur, non repugnabo. illud enim cum eo facere uidetur, quod ſupra dixit,* Omni auſpiciorum iure turbato Caſilinum coloniam deduxiſti.

CLXXX.

TV *te liberauiſti* ] Lang. *& cæteri ferè,* Tute te liberauiſti. *quod minime diſplicet.*

CLXXX.

QVOD *ſi etiam ſcripſit* ] Quid, *o. l. u.*

CLXXX.

GLADIOS *illos parumper* ] Parumper illos, *o. l. u. ſed endecaſyllabus penè integer efficitur.*

CLXXX.

ES *perbacchatus* ] Eſt, Lang. *& cæteri ferè.*



CLXXX.

QVAE *cogitabantur ?* ] *In l. ſcriptis non ſunt hæc uerba.*

CLXXX.

CASILINO *ſalutatum ueniebant* ] Caſino, *nonnulli u. l. ego,* Caſſino: *nam uerisimilius eſt,* Caſſino, *quod oppidum propè erat in conſpectu, ueniſſe ſalutatum, quàm* Caſilino, *quod multis millibus paſſuū aberat à* Caſſinate *fundo.*

CLXXX:

OBSOLEBANT *dignitatis inſignia* ] Obſoleſcebant, *l.* Col. *quod probo.*

CLXXX:

SED *tum nimis inter omnes conſtabat* ] *Sic liber* Col. *& ſimul unum eſt inter omnes. c.* Lang. Sc. *& cæteri, ſimul inter omnes. ut ita fortaſſe corrigendum ſit,* Incredibile dictu'ſt, tamen inter omnes.

CLXXX:

GLADIATORVM *eſt princeps* ] Gladiorum, *l.* Col. *ea figura ſcilicet, qua poculorum dixit. de his in l.* XVI. *ep. ad* Att. Anagnini ſunt Muſtella ταξιάρχης, & Laco qui plurimum bibit.

CLXXX:

VT *Baſillum* ] Baſilium, Lang. *recte.* De Baſilio Dion, & Cæſar.

CLXXX:

CAESAREM *regnantem* ] *Hoc amplius, omnes l. ſ.* Modo Cæſarem regnantem. *ut in* V. Cinnam memini : uidi Syllam, modo Cæſarem.

CLXXX:

SED *tamen abſconditi*] Sed ij abſconditi l. Col. quod mihi magis arridet.

CLXXX:

ITA *uero quæ, & quanta barbaria eſt?*] Sic o. l. s. præter unum Col. qui hoc modo. Iſta uero quæ, & quanta barbaria eſt? agmine quadrato tum gladijs ſequuntur: ſcutorum lecticas portari uidemus. quæ ſcriptura ſi non omnino incorrupta, atq; uera eſt, ad ueram certe propius accedit, multoq; minus deprauata eſt: nam illa quidem extrema uerba, non dubito, quin ſine mendo ſint. id apparet ex Phil. V. At hanc peſtem agmen armatorum ſequebatur: Claſſitius, Muſtella, Tiro gladios oſtentantes, ſui ſimiles greges ducebant per forum: certum agminis locum tenebant barbari ſagittarij: cum autem erat uentum ad ædem Concordiæ, gradus complebantur, lecticæ collocabantur: non quo ille ſcuta occulta eſſe uellet, ſed ne familiares, ſi ſcuta ipſi ferrent, laborarent. ex quo uidere licet, eos, qui in libris pro lecticas ſicas repoſuerint, lapſos eſſe. dixit autem feſtiue lecticas ſcutorum, tanquam de aliquo uaſe loqueretur: ut Plautus, Cadum uini: hic ipſe, fiſcinam ficorum.

CLXXXI.

ALIAS *ut tolleret promulgauit*] Extra Col. ſic reliqui s. l. alias ut tolleret, promulgatas promulgauit. quod minime diſplicet: ut ſit, Alias leges ſuſtulit ſine promulgatione: ut tolleret alias, promulgauit promulgatas, quas Cæſar ſcilicet ante promulgarat, & tulerat. de hac re in prima, Ac de his tamen legibus, quæ iam promulgatæ ſunt, ſaltem queri poſſumus: de his, quæ iam latæ dicuntur, ne illud quidem licuit.



CLXXXI.

TV *illum, tu illum amas mortuum?*] Auctoribus o. l. u. hæc uerborum geminatio tollenda eſt: & mehercule, ſi diligenter attēderis, te offendet: ſiquidem fit in ſecundo membro.

CLXXXI.

SIMVLACRVM, *faſtigium, flaminem*] L. ſcripti in magna uarietate uerſantur: nam partim faſtidium, partim faſtigium, nōnulli tamen faſtigium: & hoc quidem recte. L. Florus indicat: Itaq; non ingratis (inquit) ciuibus omnes in Cæſarem congeſti honores, circa templa imagines, in theatro diſtincta radijs corona, ſuggeſtus in curia, faſtigium in domo: ut fortaſſe, quod noſtra lingua Baldachinum, faſtigium latina nominaretur, à forma (ut opinor) ducto nomine.

CLXXXI.

NVM, *hodiernus dies quis ſit, ignores*] Qui ſit, o. l. s. ut in Verr. qui eſſet, ignorabas: ſpeculatorem eſſe ſuſpicabare. & Var. ab ſuis, qui ſit, ignoratur.

CLXXXI.

TE *autem ipſum*] Te ipſum autem, Lang. & Sc.

CLXXXI:

PASSVS *es*] Es, à l. u. abeſt.

CLXXXI:

EXPECTO *eloquentiam*] Expecto enim eloquentiam, o. l. u.

CLXXXI:

ILLE *nunquam concionatus eſt nudus*] Ille nun

*quam nudus eſt concionatus*, l.u.

CLXXXI:

RESPONDERIS NE *ad hæc?* ] Reſpondere, nonnulli u.l.

CLXXXI:

EX *tam longa oratione, cui te reſpondere confidas?* ] Ex tam longa oratione mea, cui te reſpondere poſſe confidas? o.l.u.

CLXXXI:

SINE *armatorum præſidio* ] Sine armorũ, Lág.

CLXXXI:

NON *potes eſſe, crede mihi, diuturnus* ] Sic nonnulli, Non potes, mihi crede, eſſe diuturnus. alij, ut Sc. nõ potes eſſe, mihi crede, diuturnus. quod probo: alterum enim uincit iucunditate numeri, alterum concinnitate orationis.

CLXXXI:

POPVLO *Ro. penſionem tertiam* ] Reip. tertiam penſionem, o.l.u.

CLXXXII.

POSTREMVM *malorum omnium* ] Malorum omnium poſtremum, Lang.

CLXXXII.

SED *morte etiam repellendum* ] Sed etiam morte repellendum, nonnulli u.l.

CLXXXII.

QVI *tamen rex fuit* ] Qui tum, o.l.u. pro liceret, nonnulli licebat. quæ placent.

CLXXXII.

CONSECVTI *ſunt* ] Sint, Sc. l. quod probo.



CLXXXII.

TAMEN *mortali immortalitatem* ] Mortali, delendum: ſiquid ueterum l. conſenſus, atq; auctoritas ualet.

CLXXXII.

RECORDARE *igitur* ] Igitur, iiſdem auctoribus delendum.

CLXXXII.

CVM *nũmatione* ] Nõnulli u.l. cũ numeratione.

CLXXXII.

LAVDIS *guſtum* ] Guſtatum, l. Col.

CLXXXII:

CREDE *mihi* ] Mihi crede, o.l.u.

CLXXXII:

QVID *eſt autem multos dies, & noctes timeri à ſuis?* ] Quæ eſt autem uita, dies & noctes timere à ſuis? l. Col. in quo Ciceronem ipſum uideor agnoſcere.

CLXXXII:

NISI *uero maioribus habes beneficijs obligatos, quàm ille quoſdam habuit ex iis, à quibus eſt interfectus. an tu es ulla re cum eo cõparandus?* ] Sic Lang. & cum eo pleriq; Niſi maioribus habes beneficijs obligatos, quàm ille quoſdam habuit, à quibus eſt interfectus: aut tu es ulla re cum illo comparandus. Liber unus, atq; alter, in queis Col. ſic, Niſi uero aut maioribus. cætera eodem modo. quem ita præter cæteros probo, ut tamen multo magis fuiſſem probaturus, ſi pro aut, tu habuiſſet: aut certe hoc amplius, ſic. Niſi uero aut tu maioribus. cætera placent. exemplo enim Cæſaris confirmat, ſuos eum diutius non laturos: idq; ratione

duplici. Aut amici (inquit) tyrannorum beneficijs in officio continentur, aut prudentia, & quadam auctoritate rerum geſtarum: ſi beneficijs; ille multo maioribus, quàm tu tuos, quoſdam ex ijs, à quibus occiſus eſt, deuinctos habuit: ſi prudentia, & rebus geſtis; ijs etiam multo plus ualuit.

CLXXXII:

NON *multos annos regnare eſt meditatus*] Nó, antea nos coniectura ſuſtuleramus: quòd mihi dubium non erat, quin aliud Cicero ſentiret, atq; illa uerba dicebant: nunc ad coniecturam libri Col. acceſſit auctoritas.

CLXXXII:

QVOD *cogitauerat, effecerat*] Cogitarat, idem l. & oratio numeroſius, & procliuius currit.

CLXXXII:

HOC *tantum boni eſt*] Hoc tamen boni eſt, o.l.s. ut illud pro Rabir. Poſthumo. Quæ quidem in rebus miſerrimis huic tamen tribuenda eſt maxima. & in Ver. quibus iniurijs grauiſſimis tamen illud erat miſerum ſolatium. c. Idem mendum eſt in oratione Diuitiaci apud Cæſarem. quòd ſoli ne in occulto quidem queri, & auxilium implorare auderent: abſentiſq; Ariouiſti crudelitatem, uelut ſi coràm adeſſet, horrerent: propterea quòd reliquis tantum fugæ facultas daretur: Sequanis. c. ut tamen pro tãtum reponatur, non modo ſententia poſtulat, ſed etiam u. libri auctores ſunt.

CLXXXII:

VTINAM *aliquando dolor populi Ro. pariat*] Non utinam, ſed ut, o.l.s. quod uehementer placet. hoc enim

enim



enim membris ſuperioribus aptum, & colligatum eſt: ut habeant hanc ſententiam. Non dubitarem uel ad uoluntariam mortem proficiſci, modo interitum meũ quamprimum libertas conſequeretur. & id ob eam cauſam, ut quam rem Populus Ro. tandiu concupiſcit, eius aliquando compos fieret. omnino qui ſuperiorem, inferioremq; ſcripturam diligenter conſiderabit, is uidebit, non utinam, ſed ut conuenire.

CLXXXIII:

ADSVNT *calendæ Ianuarij*] L. Lang. & alij aliqui, aſſunt, ut pro Quint. Certe aut apud te, & eos, qui tibi aſſunt. Veteres quidem illos antiquos ita locutos eſſe, declarat Plautus in Pen. Heus Milphio ubi es? Mil. aſſum apud te: eccum. Hag. at ego elixum uolo.

CLXXXIII:

QVOVSQVE *enim*] Quo. n. uſq; o.l.u.

CLXXXIIII.

IN *Salutem reip. collocauit*] In ſalute, o.l.s. & ab his conſuetudo facit.

CLXXXIIII.

HABENDA *tamen eſt*] Hoc amplius, o.l.s. habenda tamen tanta eſt.

CLXXXIIII.

CRVDELITATIS *eũ*] Eũ crudelitatis, o.l.u.

CLXXXIIII.

VT *de illius beneficio poſſemus, quæ ſentiremus, libere dicere*] Vt illius beneficio, tres l.u. in quis Col. quod ita probo, ut minime dubitem, quin ita ſcriptum ſit à Cicerone. hoc enim ſentit M. Tullius, Cæſari auctoritatem eſſe tribuendam: non quo tum primum poteſ

ſtatem haberent dicendi, quæ uellent, de beneficio illius: ſed quia beneficio illius factum erat, ut ſenatus libere poſſet ſententiam dicere. ſic autem loquitur optimus quiſque latinitatis auctor, ut dicat, Meo beneficio uiuit: meo beneficio patriam uidet: beneficio tuo libere poſſumus dicere, quæ ſentimus.

CLXXXIIII:

QVIS enim unquam fortior?] Eorundem librorum beneficio inueteratum mendum ſuſtulimus: nam ſic illi. Quis enim unus fortior, ac amicior unquam Reip. fuit, quàm legio Martia uniuerſa? Vides profecto, quàm belle inter ſe reſpondeant quis unus, et uniuerſa legio. eodem modo locutus eſt pro do. ſua, & tu unus peſtifer ciuis eum reſtitutum negas eſſe ciuem, quem eiectum uniuerſus ſenatus non modo ciuem, ſed etiam egregium ciuem ſemper iudicauit? & in Ver. non una te, ſed uniuerſæ ſimilibus afflictæ incommodis, legationibus ac teſtimonijs publicis perſequuntur: & in ij. Phil. cum tu unus adoleſcens uniuerſum ordinem decernere de ſalute Reip. prohibuiſti. & in. i. l. ep. ad Q. Fra. Cui ſemper uni magis, qnàm uniuerſis placere uoluiſti.

CLXXXIIII:

COMES eius eſſe amentiæ noluit] Comes eſſe eius amentiæ noluit, liber unus, atq; alter: in queis Col.

CLXXXIIII:

AVT fortiorum uirorum] O. l. s. fortiorem uirorum, ſed mendum mea quidem ſententia librariorum eſt. quis enim dixit unquam, ciuitatem fortem uirorum? at illud alterum & elegans, & uſitatum eſt.



Cic. Phil. iiij. Albæ conſtiterunt, in urbe opportuna, munita, propinqua, fortiſſimorum uirorum, fideliſſimorum ciuiū, atque optimorum. & XI. introitus in Smyrnam, quaſi in hoſtium urbem, quæ eſt fideliſſimorum, antiquiſſimorumq; ſociorum. & in hac eadem oratione. quodq; prouinciam Galliam citeriorem, optimorū & fortiſſimorum uirorum.

CLXXXIIII:

GESSIT, & gerit] Et geſſit, & gerit, Lang.

CLXXXIIII:

LAVDETVR, & teſtimonio] Laude, & teſtimonio, L. Col. quod probo.

CLXXXIIII:

LIBERTATEMQVE populi Ro.] Que delendum auctoribus o. l. s. & recte: ut omnia diſſolute dicantur.

CLXXXV.

RETENTVRVM in ſenatus populiq; R. poteſtate] Poteſtatem, o. l. u. impreſſos tuetur ipſe Cicero in hac eadem oratione in extremo. Exercitum in ſenatus poteſtate retineat. nec in hoc conſuetudo uaria eſt. Veteres autem l. cum auctoritas ſua, tum illud etiam defendit, quòd ut eſſe in mente, & in mentem; in poteſtate & in poteſtatem; relinquere in medio & in medium recte dicitur: ſic latine loquendi rationis lineas (ut ita dicam) tranſilire non uidetur, qui in poteſtatem retinere dicat.

CLXXXV.

QVÀM eſt repulſo Antonio] Lang. qui etiam nonnulli, qui cum, ut ita fortaſſe corrigendū ſit, Quàm

eſt iam repulſo.

CLXXXXV.

NON *crudelis, non impius*] Non crudelis, impius, o.l.u. ut hoc uerbum, impius. ſ. eſſe gloſſema, coniectura ducar ad ſuſpicandum.

CLXXXXV.

MAIORES *noſtri*] O.l.s. id maiores noſtri, quod uehementer placet.

CLXXXXV.

D. BRVTVS *ſceleratum, atque impium regnare patietur Antonium?*] Sic o.l. ſcripti, D. Sceleratum, atque impium regnare patietur? quid, c. & recte: ſiquidem quod ad primum attinet, nihil erat, quòd inculcaret, quod ſemel dixerat: dixerat auté, L. Brutus: ut nihil opus fuerit præter prænomen apponere. Alterum, ſi ita dixiſſet, L. Brutus Tarquinium regem ſuperbum non tulit, ſuperuacaneum non eſſet; ſic enim paria paribus reſpondiſſet: quod quando non dixit, Antonium omnino delendum eſt.

CLXXXXV.

NEC *tum, ut Antonio ſenatum habenti*] Tamé, non tum, o.l.s. quod placet.

CLXXXXV.

COLLEGA *una referente*] Hoc amplius L. Col. & reliqui ferè, referente eo quem. c.

CLXXXXV.

TAM *inſigniter impudens*] Inſignite, o.l.s. conſuetudo utrunque probat: aurium iudicium, & uerborum conſtructio magis, inſigniter.



CLXXXXV.

INTER *ciues illius appendebatur aurum*] Sic L. Col. inter quas illa pendebatur. alter, Inter quas illa. Ego nihil addo de meo: quæ ſunt diſtracta, coniungo: quaſilla, corrigo. id enim mihi ſignificare uidetur hoc loco, quod in II. Phil. declarat. ſyngrapha (inquit) HS centies per legatos uiros bonos, ſed timidos, & imperitos ſine Sex. ſine reliquorum hoſpitum regis ſententia facta in Cynecæo, quo in loco plurimæ res ueniere, & ueneunt. Atque etiam apertius in V. In interiore ædiũ parte totius Reip. nundinæ. mulier ſibi felicior, quàm uiro auctionem prouinciarum, regnorumq; faciebat. Cum igitur oſtendere uellet, Antonium uſque eò ſordidum eſſe, ut omnium rerum publicarum domeſticum mercatum inſtitueret, eiq; Fuluiam uxorem præficeret; ut eius ſordes non modo re, ſed etiam uerbo exprimeret, inter quaſilla dixit: quo quid ſordidius? Talaſſionem in nuptijs Varro ait ſignum eſſe lanificij: Talaſſionem enim quaſillum uocabant: qui alio modo appellatur calathus, uas utique lanificijs aptum. Hæc Sex. Pompeius: at Priſcianus l. iij. Pauca inueniuntur diminutiua, quæ non ſeruent genera primitiuorum: ut hæc rana, hic ranunculus: hic qualus, hoc quaſillum. quòd ſi cui magis arriſerit, inter quaſillos appendebatur; non pugnabo: præſertim cum & apud Catonem ſemper hoc uocabulum uirile ſit: & cæteri l.u. ita mendoſi ſint, ut in mendo tamen littera s. appareat: nam partim, ciues illius; partim, ciues illas; nónulli, ques illas.

CLXXXXV.

TOTVM *imperium Reip.*] P. R. omnes l.u.

*quod placet.*

CLXXXV.

TERCENTOS *fortiſſimos*] L. Col. *ad tercentos. cæteri hoc modo, ccc. quod ego interpretor trecentos, ut l. ij. de Fin. Trecentosq; eos, quos Sparta eduxerat. Virg. l. x. Aſt Ilua trecentos.*

CLXXXV:

EXERCITVM *educebat*] Adducebat, o. l. u. *& recte: ſiquidem non Roma educebat exercitum, ſed* Romam *è* Brunduſio *adducebat. hoc cum multis in locis oſtendit, tum apertiſſime in* V. Aduolabat *ad urbem à* Brunduſio *homo impudentiſſimus, ardens odio, animo hoſtili in omneis bonos cum exercitu* Antonius.

CLXXXV:

MAIVS *igitur beneficium à* D. Bruto] *Maius igitur à* D. Bruto *beneficium, o. l. u. & aures probant.*

CLXXXV:

CVM *autem eſt omnis ſeruitus miſera*] *Cum autem omnis ſeruitus eſt miſera, o. l. u.*

CLXXXV:

INTOLERABILE *eſt*] *Intolerabilis eſt, omnes ferè l. u. unus modo ſic, intolerabil eſt. Ego ſic, intolerabil'eſt, more ueterum, qui uocales coniungebant.*

CLXXXV:

TANTVS *autem eſt conſenſus*] *Tantus autẽ conſenſus eſt, o. l. u.*

CLXXXVI.

ISTVD *etiam ſtatuiſtis*] *Illud etiam, Lang. quod probo.*



CLXXXVI.

ET *ut præſtantiſſimis ducibus*] Vt *& præſtantiſſimis, Liber unus atque alter: in quibus* Sc. *quod probo.*

CLXXXVI.

NON *modo non Conſul*] *Non Conſul modo, Lang. cæteri cum impreſſis conſentiunt, quos ſequor.*

CLXXXVI.

CONSERVATORES *Reip. iudicantur*] *iudicentur, o. l. u.*

CLXXXVI.

IN *Cæſarem maledicta congeſſit*] *In Cæſarem ut maledicta, o. l. u.*

CLXXXVI.

TRALLIANAM, *aut Epheſinam*] *Epheſiam, Liber unus, atque alter: in queis Col. & certe Diana Epheſia, Prætor Epheſius, Princeps Epheſiorum dicitur, non Epheſinorum.*

CLXXXVI:

NOTVS *enim quisq; non eſt*] *Quotus enim quisq;. perſpicue rectum.*

CLXXXVI:

SCATINIAE *leges*] *Lang. Santoniæ. Col. Atiniæ. nonnulli Sanctiniæ. alij Scatoniæ. ſequor impreſſos.*

CLXXXVI:

M. ACCIVS *Balbus*] *O. l. u. Attius, & apud Dionem ſcriptum eſt Atia. Seruius tamen nobilis grãmaticus interpretatus eum uerſum Virg. Alter Atis genus unde Atij duxere latini, propter inquit Atiam di*

xit matrem Auguſti, de qua dicit Antonius, Atia latini mater. uult enim eius etiam maternum genus eſſe antiquiſſimum. Hæc Seruius. ex quo intelligi poteſt, non Accius, neque Attius, ſed Atius eſſe ſcribendum.

CLXXXVI:

AT auus huius nobilis] Huius, à L. Col. & alijs nonnullis u.l. abeſt: & mehercule ſuperuacaneum eſt. quod autem ſequitur, Tuditanus nempe ille: nonnulli u.l. geminant ille.

CLXXXVI:

HABERETIS nobilitatē generis glorioſam] Liber unus, habetis. ut ſit illis ſimile, Habes de Vatinio, Habetis unum uenditionis genus, Habetis & honeſtatem hominis, & auctoritatem teſtimonij. quod loquendi genus tum ſolemus inferre, cum quid expoſuerimus. quod tamen ut reijciam, membrum ſuperius facit: quod imperfectum uidebitur, niſi quid addideris, atque illi ſimile reddideris, quod eſt in prima Phil. Vellem adeſſet Antonius, modo ſine aduocatis: doceret me, uel potius uos P.C. Ego, ſi quid immutandum eſt, potius ita corrigendum putarem. Haberet is: ut Antonium modo deſignaret.

CLXXXVI:

QVI autem euenit] Sic o.l.s. ego, conuenit, ſine ulla dubitatione reponendum cenſeo. quomodo loquitur in VII. Phil. qui enim conuenit, ut qui in rebus improbis populares fuerint. c.

CLXXXVI:

VT Iulia natus ignobilis uideatur] Sic L. Lang. ut iſtus Aricina ignobilis uideatur. Col. is tibi uigilia na



tus ignobilis. c. Sc. qui cum pleriq; conſentiūt, Is tibi Aricina natus ignobilis. c. è recentioribus nonnulli, Is tibi Iulia natus. quorum nullum omnino probo: nam quod ad poſtremos attinet, Octauius non Iulia ſed Atia natus eſt. ut autem natus (uerbi cauſa) Cæſare Cæſaris etiam nepotem ſignificet, inauditum eſt. Lang. autem perſpicue eſt, ut uides, mendoſus: interdum tamen in eā opinionem me adducit, ut ita ſcriptum à M. Tullio putem, Vt iſta ignobilis uideatur. ut Atiam deſignet. illa autem littera s, & Aricina, ſit gloſſema ſubſcriptum ſub, Iſta. ex qua primo ſit factum, Iſtas, deinde Iſtus Aricina. quàm autem iſta gloſſemata libros mendis referſerint, nihil attinet dicere, tibi præſertim, qui in uet. libris ſtudioſe & multum uolutatus es. Vt autem aſſenſum ſuſtineam, nec in hac opinione conſtem, L. Col. cui ex omnibus maximam fidem habeo, facit. huius enim ſcripturam conſideranti, rurſus in mentem uenit ſuſpicari, M. Tul. ita ſcriptum reliquiſſe, Is tibi Iuliæ filia natus. c. ſed hæc fortaſſe diuinatio eſt. Tu ſi ad locum notam appoſueris, recte meo iudicio feceris.

CLXXXVI:

QVAE porrò amentiæ ſunt?] Amentia eſt, liber unus atq; alter, in quibus Col. perſpicue rectum.

CLXXXVI:

QVOS certe ſcio] Certo, nonnulli u.l. quibus aſſentior.

CLXXXVII.

OMNIBVS horis] Omnibusq́; horis, o.l.u.

CLXXXVII.

NAM in eiſdem me edictis] Sic o.l.u. nam in

eiſdem edictis. ut fortaſſe corrigendum ſit. Nam me iſdem edictis.

CLXXXVII.

A ſuis ſimilibus] Sui, Scalæ liber. quod ualde probo.

CLXXXVII.

HAEC ſunt ut opinor] Hæc ſunt, opinor, o.l.u. quod placet.

CLXXXVII.

SIQVIS non affuerit] Siqui, o.l.u.

CLXXXVII.

QVORVM cõſiliorum Cæſaris] Eodem modo o.l.s. ego Cæſari probo: ut ſit, quorum conſiliorum fui auctor Cæſari. ut illud in Acad. P. Craſſum, & P. Scæuolam aiunt Tiberio Gracco auctores legum fuiſſe.

CLXXXVII.

SED tamen, ut dicitur, currentem. c.] Sed tamen currentem, ut dicitur. nonnulli u.l. in queis Col.

CLXXXVII.

RE triſti, & ſeuera] Ac, o.l.u.

CLXXXVII.

VINO, & epulis retentus, & alea eſt] Et alea, inducẽdum auctore l. Col. cuius auctoritas ut apud me ualeat, inſequentia uerba faciunt, ſi epulæ potius. c.

CLXXXVII.

ET ante diem quartam calendarum Decembris diſtulit] Et ante diem IIII. omnes l.u. à quibus ut diſſentiam, proq; &, in reponendum putem, non ſolum facit illa cauſa, quòd adduci non poſſum, ut credam M. Tullium primum, atq; extremum uerbum con



iunctionibus è medio ſublatis extuliſſe, medium nõ diſſolute dixiſſe: ſed illud etiam, quòd conſuetudo latini ſermonis ita loquitur, ut dicat. Comitia diſtuli in IIII. Cal. non IIII. tantummodo Cal. & quemadmodum hoc, ſic illud etiam. Diſtulit in ante diem IIII. Cal. non ante diem IIII. Cal. quòd autem in ante diem diceretur, exemplis demonſtrabimus. Dixi ego idem in Senatu, cædem te optimatium cõtuliſſe in ante diem V. Cal. Oct. & in ij. l. Ep. ad Att. Comitia Bibulus cũ Archilochio edicto in ante diem XV. Cal. Decembris diſtulit. Liuius l. XLV. Latinæ edictæ à Conſule ſunt in ante IIII. & III, & pridie Id. Nouemb. & l. XLIII. in ante diem VIII, & VII. Kal. Oct. Comitijs perduellionis dicta dies eſt. & quemadmodum in ante, ſic ex ante dicebatur. Cic. l. III. Ep. ad Att. ex ante diem Non. Iun. uſq; ad pridie Kal. Sept. Liuius l. XLV. Supplicatio pro cõcione populo indicta eſt ex ante diem V. Idus Oct. quin etiã in tabula è marmore uetuſtiſſima, quæ in pariete Colotianæ domus incluſa eſt, hæ litteræ cum multis alijs inciſæ ſunt. Ex A. D. V. K. DEC. AD PR. K. IAN. quod quidem me ducit ad credendum, illud apud Var. de R. Ruſt. l. I. dies primi uerni temporis extant ad ſeptimum Idus Februarij, pro quo l. ueteres, ex Ad VII. Id. Febr. ſic eſſe corrigendum, ex a. d. VII. Id. Febr.

CLXXXVII:

QVOD in tẽplum ipſe] Hoc amplius l.u. quod in templum tum ipſe. Gallos autem in Capitoliũ egiſſe cuniculum, præter M. Tulliũ nullus alius (quod ſciam) ſcriptor memoriæ prodidit; qui pro Cecin. ut, inquit, ſi

Galli à maioribus noſtris poſtularent, ut eò reſtituerentur, unde deiecti eſſent; & aliqua ui id aſſequi poſſent: non opinor eos in cuniculum, quo egreſſi erant, ſed in Capitolium reſtitui oportere.

CLXXXVII:

IS enim erat dies, ea fama, is impetus eius, qui. c.] O.l.u. is qui. c. quod ualde placet: & ex ſe intelligitur: & ut aliud ex alio, non alienum uidetur aperire, quid ſibi uelint illa uerba, Is enim erat dies: atq; huius rei dilucidandæ cauſa, huc Gellij locum tranſtulimus. Ante diem (inquit) IIII. Kal. Non. Id. tanquam inominalem diem pleriq; uitant: eius obſeruationis an ulla religio ſit tradita, quæri ſolet. nihil ſuper ea ſcriptum inuenimus, niſi quod Claudius annalium V. cladem illam pugnæ Cannenſis uaſtiſſimam factam dicit ante diem IIII. Non. Sext. ex his uerbis licet uidere, ante diem IIII. Kal. Decemb. quo die Senatus habitus eſt, diem religioſum fuiſſe.

CLXXXVII:

QVID eſt aliud de eo referre non audere, qui contra ſe Conſulem exercitum duceret, niſi ſe ipſum hoſtem iudicare?] Hæc omnia ſunt inuerſo ordine in omnibus l. antiquis ſic. Quid eſt aliud ſe ipſum hoſtem iudicare, niſi de eo referre non audere, qui contra. c. quod placet.

CLXXXVII:

SI ille à Senatu notandus non fuit] Sin, o.l.u. perſpicue rectum.

CLXXXVII:

AN ulla contumelia eſt.] L. Col. et alij nõnulli pro



an ulla, nulla. nõnulli ſic, An cõtumelia. ego ſequor Col.

CLXXXVII:

QVID eſt ergo?] Quid ergo? o.l.u. apte uerũ.

CLXXXVII:

HEM cur magiſter] En, o.l.u. ut pro Deiot. en crimen, en cauſa, cur regem fugitiuus, dominum ſeruus accuſet. & pro Sex. en cur cæteri reges ſtabilem eſſe ſuam fortunam arbitrentur. in Merc. tamen Plautus, Hem quoi decem talenta dotis detuli? hæc ut uiderem? ut ferrem has contumelias? quod autem ſequitur, ut poſſideat: ut nullis in. u. l. reperitur: & certe ſic exponẽdũ eſt, en cur magiſter ex oratore arator factus ſit. en cur poſſideat duo millia iugerũ: ut hominẽ ſtultũ. c.

CLXXXVIII.

TYBERINVM Canutium] Liber Marcelli Ceruini Cardinalis, & Dion Tiberium probant. placet.

CLXXXVIII.

CVI ſenatuſconſulto] Cui S. C. omnes libri ueteres præter unum Gad. qui hoc modo, Cur ſic. quod tamen reijcio.

CLXXXVIII.

PRAECLARA tamen fuit Senatus in illo ipſo die ueſpertina prouinciarũ religioſa ſortitio] Lang. et cæteri ferè ſic. Præclara tamen S. C. in illo ipſo die ueſpertina prouinciarum religioſa ſortitio. recte, & præclare meo quidem iudicio: ſi tamen poſt ueſpertina notam interſpirationis apponas: duplicem enim plagam infligit Antonio, alteram, quòd non legitimo tempore S. C. fecerit: alteram, quòd nulla religione ſortitus ſit. S. C. ante ortum, aut occaſum ſolem facta

rata non fuiſſe: opus etiam cenſorium feciſſe exiſtimatos, per quos eo tempore facta eſſent, docet M. Varro apud Gellium. hinc intelligi poteſt, cur S. C. ueſpertina dixerit. Illud etiam prætereundum non duxi, quòd Lang. pro ſortitio, ſortio: neq; hoc loco ſolum, ſed uniuerſis, quibus hoc uerbo M. Tullius uſus eſt: quodq; liber Col. non in illo ipſo die, ſed illo ipſo: ut pro domo ſua. Hunc Conſulem illo ipſo die contendo ſeruaſſe de cœlo. & paulo poſt. Hora nona illo ipſo die tu es adoptatus. & in XIII. Phil. eoq; ipſo die innumerabilia S. C. fecit. hunc igitur ſequamur.

CLXXXVIII.

MAXIMAS gratias uobis] Maximas uobis gratias, o. l. u. & aures probant.

CLXXXVIII.

QVI enim carere metu, & periculo poſſemus] Poſſumus, Gad. & alij nonnulli l. u. quod placet.

CLXXXVIII.

ILLE autem afflictus] Ille autem homo afflictus, o. l. u. id quod non abhorret à conſuetudine dicendi. Tullius, At ille homo uehemens, & uiolentus. in V. Phil. Valde placet.

CLXXXVIII:

VIR auo, patre, maioribus] Vir patre, auo, maioribus. ut pro Planc. ut pater, ut auus, ut maiores. & in Ver. Amiciſſimo patre, auo, maioribus. ſed quid hæc ego? ita ratio poſtulat: aliter enim præpoſterus, atq; omnino perturbatus ordo eſſet.

CLXXXVIII:

P. Appius] P. Opius, liber Col. Scalæ, Oppius: quorum quid uerum ſit, incertum eſt: illud quidem non dubium, quin Appius ſit prænomen. quod cum ita ſit, non falſum eſſe qui poteſt?



CLXXXVIII:

ET meus neceſſarius] Meus & neceſſarius, nonnulli u. l. quod tamen abiudico.

CLXXXVIII:

M. Vehilius] Pro, M. Vehilius Lang. tantummodo uel. Col. & Sc. uel cæteri ferè: quæ nota fortaſſe Veleium ſignificat.

CLXXXVIII:

DE L. Cinna] Cecinna, nonnulli u. l.

CLXXXVIII:

MINVS admirabilem fecit] Facit, o. l. u. quod placet.

CLXXXVIII:

C. Ceſſedius] Ceſſedis, Lang. Col. Ceſelius. de Ceſelio iuriſconſulto Valerius Maximus.

CLXXXVIII:

* L. Antonius] Pro L. liber Lang. Col. & alij aliqui T. nonnulli Cn. omnino hic locus deprauatus eſt. quid enim L. Antonius prouinciam ſortiretur, qui anno ſuperiori proximo Tribunus pl. fuerat? quæ uerba ſequuntur, in his quoq; uarietas eſt: nam pro maluerunt, metuerunt multi, mutauerunt Col. in multis totus hic locus deeſt.

CLXXXVIII:

O' C. Cæſar] O. l. u. Cæſarem. quod tamen reijcio. eodem modo in orat. ò M. Druſe, patrem appello.

CLXXXVIII:

QVID iſtud?] Illud,l.Col.quod ualde probo.

CLXXXIX.

IN poſſeſſionẽ libertatis pedem ponimus] In poſſeſſione magis arrideret: ſic enim M.Tullium ſemper locutum animaduerti: quia tamen libri ſcripti ſtãt ab impreſſis, & hic idem pro Cecinna dixit, In poſſeſſionem ueſtigium fecero,& l.u.de Fin.in aliquam hiſtoriam ueſtigium ponimus,idcirco immutare nō auſim.

CLXXXIX.

EX his tot conglutinatus eſt] Ex his tot uicijs,l.Col.ex his totus,Lang.& cæteri: quos ſequor.pro Cluent.& qui eſſet totus ex fraude,& mendacio factus. & pro Roſ.Com.ex fraude, fallacijs,mendacijs conſtare totus uidetur.

CLXXXIX.

QVAE neceſſitas ferre coegit,uiſq; quædam pene fatalis] Sic o.l.u.quæ nos neceſſitas ferre coegit, quæ uis quædam.c.

CLXXXIX.

REFERTAM eius domum] Domum eius, o.l. ueteres.

CLXXXIX.

AD ſe omnia ex his] Ad ſe ex his omnia,o.l.u.

CLXXXIX.

SENATVS conſultis è Rep.benefactis] L.Col.Senatuſconſultis bene,& è Rep.factis.quod multo elegantius mihi uidetur: ut in XII. locutus eſt. Brutum procos.bene,& è Rep.& ſua,ſuorumq; maiorum dignitate feciſſe.& in XI. bene,& è Rep.iudicauiſſe.

Vendiderit:



CLXXXIX.

VENDIDERIT: immunitate,c.] Vendiderit immunitates, l.u.

CLXXXIX:

ARMIS, & præſidijs populum Ro.& magiſtratus foro excluſerit] Sic o.l.u.Armis & præſides, & populum, & magiſtratus. Sic emendandum eſt, Armis,& præſidijs, & populum, & magiſtratus: nam quòd præſidijs rectum ſit, Phil.i.declarat. Armati in præſidijs multis in locis collocabũtur.& V.ſic uero erãt diſpoſita præſidia.

CLXXXIX:

SENATVM ſtipauerit armatis] O.l.u. armis.Col.& alij nonnulli, ſtiparit armis: quem ſi probabimus, exitum uerſus effugiemus.

CLXXXIX:

RELIQVÍQVE pecoris] In l.u.hæc uerba ſunt abſque coniunctione.

CLXXXIX:

PVERI ingenui arripiuntur] Abripiuntur,o.l.u.perſpicue rectum.idem mendum in Pis. Socios noſtros in ſeruitutem adduxerunt: familias arripuerunt. pro abduxerunt, abripuerunt.

CLXXXIX:

HOS inquam in urbẽ recipietis?] Hos unquam, o.l.u. quod probo.

CLXXXIX:

ITALIA tota ad libertatem recuperandam excitata] Excita,L.Col.ut illud in xij. Iuuentutem omnẽ

ex tota Italia exciuimus. tamen excitata magis placet: eſt enim ſignificantius, maioremq; recuperandæ libertatis cupiditatem declarat. ut illud in iiij. Galliam totam hortatur ad bellum, ipſam ſua ſponte, ſuoq; iudicio excitatam.

CXC.

MAGNVM *numen*] Liber Gad. & alij nonnulli, nomen. quod rectum eſſe iudico. hæc autem uox admirabilem quandam auctoritatem ſonat ex famæ opinione conflatam. Cic. in ep. ad At. hoc tamen ſpero, magnum nomen imperatoris fore, magnum in aduentu terrorem. & pro lege Manil. quod igitur nomen unquam in orbe terrarum clarius? pro Deiot. quantum eius nomen fuerit. & in Phil. xi. qui imperium habeat, qui præterea auctoritatem, nomen, exercitum. & alibi, Tantum eius in Syria nomen, atque Phœnice eſt.

CXC.

VIDETISNE *refertum. c.*] Videtis refertũ, o. l. u. placet.

CXC.

AD *quod tempus*] Quod ad tempus, nonnulli u. l. in eis Col.

CXC.

DE *populi Ro. libertate*] De libertate populi Ro. omnes l. u.

CXC.

ID *non modo non recuſem*] Tres l. u. in queis Lang. idem non modo recuſem. Col. idem non modo nõ recuſem. quem ſequor.



CXC.

SI *dormierimus hoc tempore*] Lang. & alij aliqui, indormierimus hoc tempore. Col. indormierimus huic tempori. atque hoc quidem non dubito quin uerũ ſit: ut in ij. Phil. huic cauſæ indormientem.

CXC.

EA *ſumma miſeria eſt*] Lang. & cæteri l. u. hoc modo, ea ſunt ſumma miſeria. Liber Scalæ ſt. quod in eam opinionem me adduxit, ut ſcribẽdum putarem, ea'ſt. ut Teren. in Eun. ea'ſt indutus. ſed quid unius loci teſtimonio utor? totus & is, & Plautus huiuſce coniunctionis uocalium plenus eſt: nec id modo ſuperior, ſed etiam Ciceronis ætas obſeruauit. Ipſe in orat. declarat. quod quidem (inquit) latina lingua ſic obſeruat, nemo ut tam ruſticus ſit, qui uocales nolit coniungere. & Ibidem. Nobis, ne ſi cupiamus quidem, diſtrahere uoces conceditur. indicant orationes illæ ipſæ horridulæ Catonis: indicant poetæ, præter eos, qui ut uerſum facerent, ſæpe hiabant. ut Neuius. uos, qui accolitis Hiſtrum fluuium, atque Algidam. & ibidem. Quàm nunquam nobis Graij, atque barbari. Hoc librarij ignorantes, apicem impoſuerunt: quo addito ſunt ſignificatur.

CXC.

DII *immortales incredibilem populo Ro. poteſtatem*] Reip. o. ferè l. u. quod probo.

CXC.

SENTENTIAEQVE *de ſumma Reip.*] De ſumma rep. Sc. & cæteri ferè.

CXC.

OPTIME de rep. promereri] Mereri, o. ferè l. u.

CXC.

GALLIAM prouinciam] Prouinciam Galliam, o. l. u.

CXCI.

AMICISSIMORVM populo Ro.] Amiciſſimorumq́;, o. l. u. quod placet.

CXCI.

EXERCITVM in ſenatus. c.] Exercitumq́;, o. l. u. quod probo.

CXCI.

VT hæ prouinciæ, Galliæq; exercitus] Sic L. Col. (nã cæteri ab impreſſis non diſcrepant) ut eæ prouinciæ, exercitusq́;. c. & recte meo quidem animo: ſiquidẽ M. Tullius cenſebat, non ut is modo, qui Galliam, ſed ut uniuerſi, qui prouincias obtinebant, eas, exercitusq́; in poteſtate populi Ro. ſenatusq́; retinerent.

CXCI.

SÉQVE ad ſenatus auctoritatem] Seséq́;, o. l. u.

CXCI.

CIVE] Ciui, Lang.

CXCI.

ET ut pro tantis eorum in Remp.] Et, à Col. altero'ue libro abeſt. in remp. etiam à Lang.

CXCI.

VTQVE C. Panſa] Que à L. Col. abeſt. cæteri tamen retinent: ut fortaſſe corrigendum ſit, uti.

CXCI.

CVM magiſtratum inierint: ſi eis uidebitur]



Iniſſent: ſi eis uideretur, Liber unus, & item alter, in queis Col. ut Celius. D. E. R. I. C. uti C. Paulus C. Marcellus cum magiſtratum iniſſent. cæteros ſequor.

CXCI.

AD hunc ordinem referant] referrent, iídem l. ſibi conſtant: nam paulo ante, iniſſent, dixerant. cæteros ſequor.

CXCI.

ITA uti de rep.] É rep. L. Col. perſpicue uerũ.

CXCI:

FREQVENTIA ueſtrum incredibilis, cõcioq́; Quirites tanta] Sic L. Lang. & cũ eo plerique, Frequẽtia ueſtrum incredibilis, concioq́; tanta. Col. ſic, Frequentia ueſtrum incredibiliſq́; concioque tãta. quem ego correctione quadam adhibita ſequor: ſic enim ſcribendũ puto, Frequẽtia ueſtrũ incredibilis Q. r. concioq́; tãta.

CXCI:

QVANQVAM animus mihi nunquam] Quanquam animus quidem, o. l. u. præclare.

CXCI:

PRINCEPS ueſtræ libertatis defendendæ ſemper fui] Ab o. l. u. ſemper abeſt: perſpicue uerum.

CXCI:

NVNC facere nõ poſſem] Et nũc, Lãg. et Col.

CXCI:

HODIERNO enim die Quir. non mediocrẽ] Sic Lang. hodierno enim die quodq́; adhuc mediocrem. Sc. quãquam adhuc mediocrem. de eo conſentiunt o. l. u. quòd adhuc probant: ut fortaſſe ita corrigendum ſit. Hodierno enim die Q R. ne adhuc. c.

CXCI:

FVNDAMENTA *ſunt iacta*] Iacta ſunt, o.l.ueteres.

CXCI:

EXERCITVM] Exercitus,o.l.u.

CXCI:

SVNT *enim facta eius immortalitatis,non ætatis*] Nomen ætatis,o.l.u.quod primo aſpectu abiudicatū,atque reiectum poſtea ſic approbaui, nihil ut mihi neque rectius, neque uenuſtius uideatur.reieceram autem ob eam cauſam, quòd ſi referretur ad Cæſarem, oratio ſibi non conſtare: ſi ad puerum,nimis durum uidebatur: quod ipſe M.Tullius mihi non multo poſt tempore molliuit: nam eodem modo loquitur in xiij.Phil. & quidem de hoc ipſo Cæſare loquẽs.Puerum appellat, quem non modo uirum, ſed etiam fortiſſimum uirum ſentit,& ſentiet.eſt iſtuc quidem nomẽ ætatis: ſed.c. Iã uides,nomen, & facta quàm bene inter ſe reſpondeãt. hæc autem uerba habent hanc ſententiam.quòd mirabilia facinora facit,eſt cuiuſdam diuinitatis: quòd appellatur puer,eſt ætatis.

CXCI:

NIHIL *ex omnium ſæculorum memoria*] Ex omni,liber unus atque alter,in queis Col.quod elegantius eſt.

CXCII.

INCOGNITVM *certe cœpit*] Ceperit,o.l.u.

CXCII.

SANGVINE *ciuium Romanorum*] Romanorum ſuperuacaneum eſt: & ab o.l.u.abeſt.



CXCII.

SI *C.Cæſaris fortiſſimorum ſuiq; patris militũ*] Si C. Cæſaris, fortiſſimorumq; ſui patris, L.Col. quod placet.

CXCII.

QVIS *non proſpicit*] Perſpicit,o.l.u.

CXCII.

COMPROBAVISTIS] Cõprobaſtis,o.l.u.

CXCII:

CAESARIS *exercitum proſecuta*] Perſecuta, o.l.u.& ita locutus eſt in oratione ſuperiori.Cæſaris auctoritatem,& exercitum perſecuta.

CXCII:

QVAE *à te accerſitæ ſunt*] Liber unus,& item alter, in eis Col.hoc modo, Quæ à te accitæ ſunt, quæ eſſent, ſi te Coſ.quàm hoſtem maluiſſes,tuæ. Ego cæteris aſſentior.

CXCIII.

NEFARIIQVE *ſint, ſicut ſunt*] Sicut ſunt, ab o.u.l.abeſt.non abhorret tamen à conſuetudine loquendi.Cic.Pro Ros.Amer.quãuis ille felix ſit,ſicut eſt.

CXCIII.

POMPEII *haſta ſaciauit*] Satiauit,l.u.& recte: ſiquidem à ſatur declinatum eſt.

CXCIII.

ITA *uero Quir. ut precamini, ueniat*] Sic L. Col.Ita uero ei,ut precamini, eueniat.ut Plaut.in Pen. bene equidem tibi dico, quia,te digna ut eueniant, precor.& hic pro Sex.quibus utinã ipſis eueniſſent ea, quæ tum homines precabantur. placet, atque etiam magis,

quòd nonnulli u.l.habent, Ita uero Q r. ut precami=ni,eueniat.

CXCIII.

QVO huius amentiæ pœna] Huiuſq; amentiæ pœna,L.Col.

CXCIII.

LIBERTAS nobis] Nobis libertas, omnes fe=rè l.u.quod placet.

CXCIII.

SI enim tantus conſenſus omnium] Pro Si enim Lang.& cæteri ferè, ſiue.nonnulli hoc idem in ſuperio ris quoq; argumenti principio. Vtrunq; probabile: ut,ſi enim,hoc loco aperte falſum.

CXCIII:

VT eos tamen adhortentur] Adhortantur, non nulli u.l.quibus aſſentior.quod autem ſequitur adhorta bor,pro eo cohortabor Lang.& cæteri ferè.

CXCIII:

QVAS paucis diebus noui Conſules] Lang.& alij nonnulli,quas dem' paucis. nonnulli,de municipijs. Ego ſequor impreſſos.

CXCIII:

NVNQVAM inter ſenatum,& uos] Sic o. l. u. nunquam ueſter conſenſus maior in ulla cauſa fuit.& præclare: quid enim bis eadem dicere mutatis uerbis attinebat? at hoc modo duæ res deſignantur: una,quòd uniuerſus populus unum atq; idem ſentiret, nec alij aliam ſectam ſequerentur: altera, quòd eſſet cum ſenatu copulatus.



CXCIII:

OMNIA alia falſa] Hoc extremum uerbum nullis in u.l.reperitur.

CXCIII:

HAC maiores noſtri] Hac uirtute,o.l.u.

CXCIII:

IN deditionem huius imperij redegerunt] Sic L. Col. (nã cæteri cum impreſſis conſentiunt) dictionem. ego,ditionem: quis enim unquam ſic locutus eſt,ut di=ceret, in deditionem imperij nationes redegit? at oppi=da,milites,& eiuſmodi cætera deditionem fecerunt, in deditionem accepti ſunt: hiſtoricorũ libris uſitatum.in ditionem uero redigere, ita tritum eſt, ut exemplis eo ſuperſedeam, ne in re tenui, ac perſpicua multus eſſe uidear.

CXCIIII.

SI res ita tuliſſet] Si ita res tuliſſet,o.l.u.

CXCIIII.

EST igitur Quirites] Extremum uerbum à l. u.abeſt.

CXCIIII.

HIC eum ipſum exercitum] Ipſum,nullis in u. l.reperitur.

CXCIIII.

VESTRIS in me ampliſſimis] Ampliſſimis in me,o.l. ueteres.

CXCIIII.

VOBISQVE amiciſſimo] nobis amiciſſimo, L.Col. ego cæteris aſſentior. eodem modo in VI.Phil. Apuleius homo & multis officijs mihi,& ſumma fami

*liaritate coniunctus, & uobis amiciſſimus.*

CXCIIII:

IN *ſenatum conuocabamur*] *In ſenatum nō uocabamur, ſi repoſueris: erit, opinor, rectius. quid dico rectius? imo uero recte: aliter mentem* Ciceronis *hæc uerba non exprimunt.*

CXCIIII:

QVANTAM *gloriam conſecuti*] Lang. *gloriam, gratiam conſecuti. multi alij gloriam, & gratiã. nonnulli, quam gloriam, quantam gratiam conſecuti.* Ego *tantummodo, gratiam conſecuti: ut illud in l.ij. accuſ. ut is hoc iudicio probatus cum populo* Ro. *& in laude, & in gratia eſſe poſſit.*

CXCIIII:

CVI, *dum ſe ciuibus.c.*] Sic *o.l.u. quãquã ut fortaſſe corrigendum ſit, quoi quidem.*

CXCV.

NVDIVS *tertius decimus feciſtis*] Feceritis, *o.l.u. quod placet.*

CXCV.

EOS *duces*] *Duces eos, o.l.u.*

CXCV.

INIMICVM *populi* Ro.] *Reip. o.l.u.*

CXCV.

ATQVI *cum Coſs. nondum.c.*] Lang. *& cæteri ferè.* Atqui Conſules *cum nondum.* Cicero *tamen hanc obſcœnam litterarum concurſionem fugere ſolet.*

CXCV.

HONESTIORA *eſſe legionum decreta*] Honeſtiora *decreta eſſe legionum, o.l.u. & oratio numeroſior.*



CXCV.

SENATVS *decreuit*] Decernit, *o.l.u. quod placet.*

CXCV.

DIES *duodecim profecerunt*] Perfecerunt, *nõnulli u.l. quod minime diſplicet.*

CXCV.

PRAETER *Cotylam*] Pleriq; *l. u. in queis* Lang. *præter* Cotylam *meam. nonnulli* Menium, *meum alij, alij eum. ego, um, corrigo: ut ad iam referatur. atq; ita corrigo tum, ut ſine eo ſententia imperfecta mihi eſſe uideatur.*

CXCV.

QVID *hoc aliud eſt, quàm ad bellum ciuile.c.*] Quid *eſt aliud, omnia ad bellum.c. probo.*

CXCV:

SIT *patriæ prius*] Sic *o.l.u. ego, patria, probo.*

CXCV:

IN *qua etiam parentes*] *Parentes etiam, o.l.u.*

CXCV:

AVT *ſequamini*] *Aut quam ſequamini, o.l.u. ſimiliter* Terentius *in* Phorm. *Potius quàm lites ſecter aut quàm te audiam.*

CXCV:

SVIS *latronibus cõdonandi*] Condonãdorũ *pro condonandi quidam repoſuerunt. ego, condonandi, cum omnium librorum, tum locupletiſſimorum auctorum, qui ita locuti ſunt, auctoritate defendo ut* Liuius. *Veſtri adhortandi cauſa. et* Plaut. *in* Capt. *nominãdi iſto=*

*rum tibi erit magis, quàm edundi copia. eſt etiam apud ſcriptorem neſcio quem, diripiendi pomorum.*

CXCV:

POPVLVM *Ro. ſeruitute opprimendi*] Libri *ueteres,* P.R. *quod ego interpretor,* Populi Ro.

CXCV:

DVBITATE *quid agatis*] Sic Lang. *dubitate quid agatis. nonnulli, dubitatis quid agat ſcilicet. quid agatur. s. alij. dubitate, alij tantummodo. ego, dubitatis? emendo: ut ſit quemadmodum illud* Plautinum. *Poſt, argumentum huius eloquar tragœdiæ. quid contraxiſtis frontem? &* pro Mil. *Sed ita ſi* P. Clodius *reuixerit. quid uultu extimuiſtis? &* in VI. Phil. *Redeo ad amores, deliciasq; ueſtras* L. Antonium, *qui uos omneis in fidem ſuam recepit. negatis?* M. Tullius *cum, quid ageretur, aperuiſſet, atq; de geſtu intellexiſſet, ſenatui orationem ſuam fidem non feciſſe, nec ſuſtuliſſe dubitationem, tum addidit,* Dubitatis? An *non cadunt hæc in* Antonium? *hi uero, qui omnia gloſſis referciunt, cum hunc locum interpretarentur, ſub eo cætera illa uerba ſubſcripſerunt, quæ poſtea à librarijs imperitis in libris repoſita per omnes fermè permanarunt.*

CXCV:

QVI *cum Cæſaris acta*] O.l.u. *qui cum eius.* Tu *uide ne corrigendum ſit, qui quoius uel cuius acta. elegantius certe eſſet.*

CXCV:

DE *auſpicijs non interpretaretur*] *Non interpretaretur, ab omnibus l.u. abeſt.*



CXCV:

CVM *populo Ro. agi nõ eſſe fas qui ignorat?*] Cum *populo agi non eſſe fas, qui ignorat? ſic* o.l. *ſcripti, à quibus etiam ſtat ſermonis latini conſuetudo.*

CXCV:

VBI *pœnæ recenti lege* Iunia, & Licinia?] Non *feciſſem huius loci mentionem, niſi uidiſſem quoſdam in ſuis libris repoſuiſſe,* Vbi *penè recentes lex* Iunia, & Licinia? *qui præterquã quòd à ſcriptura* l. *omnium recedunt: præterea uel maxime in eo peccant, quòd legem* Iuniam, & Liciniam *duas leges fuiſſe crediderũt. quod falſum eſt: atq; ut id planum faciamus,* Cic. ij. l. Ep. ad Att. *qui legem* Aeliam, *qui* Iuniam, & Liciniam, *qui* Cæciliam, & Didiam *neglexerunt. &* IIII. *nunc ad ea, quæ quæris de* Catone. *lege* Iunia & Licinia *ſcis abſolutum. & contra* Vat. *poſtulatus ne ſis lege* Iunia, & Licinia. *etſi ibi mendum librarij: eſt enim ſcriptum* Iulia. *fuit autem, opinor, lata hæc lex à* L. Licinio Mur. & D. Iunio Silano: *qui poſt* Ciceronem Conſules *fuerunt: et propterea recentem appellauit. confirmabat autem, ut arbitror, aliam quandam legem ante latam: & hoc amplius erat diligentiſſime ſancta, pœnaſq; maximas conſtituebat in eos, qui ei non obtemperaſſent. & quoniam de lege* Iunia *agitur; opem feramus* Aſconio, *cuius uerba infra ſcripſi.* De *legibus* Iunijs *puto uos reminiſci, has eſſe leges* Iunias, *quas illis* Conſulibus M. Lubilius Druſus Tribunus pleb. *tulerit: qui cũ* Senatus *partes tuendas ſuſcepiſſet, & leges pro optimatibus tuliſſet, poſtea ea licẽtia eſt progreſſus, ut nullum in his morem ſeruaret.* Itaq; Philippus Cos. *qui ei inimicus erat,*

obtinuit à Senatu,ut leges eius omnes uno S.C.tollerẽtur. Hactenus Aſconius. Sic autem ſcribendum eſt,de legibus Liuijs puto uos reminiſci, has eſſe leges Liuias, quas illis Conſulibus M.Liuius Druſus.c.Idem ferè mẽdum in ij.l.de leg.Igitur tu Seias & Apuleias leges nullas putas? Cic.ego uero ne Lenias quidem. & alio loco. Vt Lenias conſilio Philippi conſulis, & Auguris. quibus in locis quin Liuias ſit emendandum, nemo dubitabit, niſi qui planè erit in rebus ueteribus tyro,atq; peregrinus, latoremq; harum legum M.Liuium Druſum appellatum eſſe non cognouerit.

CXCVI.

AVT ſi auſpicia M.Antonium non mouerent, ſuſtinere eum,aut ferre non poſſe] Sic o.l.u.aut ſi auſpicia M.Antonium non mouerent, ſuſtinere me non afferre poſſe.ego ſic arbitror emendandum.Vt, ſi auſpicia M.Antonium non mouerent, ſuſtinere tamen ac ferre poſſe tãtam uim tempeſtatis,imbris,ac turbinum mirum uideretur. ſed illud meum ſeruo: nihil ut affirmem: tantum teſtatum relinquam,quid ſentiam.Illud quidem omni aſſeueratione affirmo, libros mihi uideri alteros planè mendoſos, alteros Ciceronis elegantiam non olere.

CXCVI.

NVM ergo etiam armorum interpretes] Ergo, in l.u.non reperitur.

CXCVI.

POPVLVM Ro.non teneri] Romanum, ab o.l.u.abeſt. quod probo. ſic pro domo s. Druſi legibus, quæ contra legem Cæciliam,& Didiam latæ eſſent, po-



pulum non teneri.& in xij.Phil.hisq; nec populum,nec plebem teneri.quid multa? in hoc,opinor,uaria conſuetudo non eſt.

CXCVI.

DE'VE colonijs in agros deducendis] L.Lang. et alij nonnulli.Déue colonis in agrum deducendis. Colonis probo: illud alterum reijcio. Etenim eodem modo, ut impreſſi, locutus eſt in VII.præſertim cum eoſdem in agros etiam deduxerit.

CXCVI.

QVAMVIS ergo bonas leges] Leges bonas, o.l.ueteres.

CXCVI.

DONATIONIBVSQVE uertit] Auertit, nonnulli s.l.quibus aſſentior. ſic enim in xij.quoq; Phil.HS. ſepties millies auertiſſe Ant.pecuniæ publicæ iudicauiſtis. & pecuniam uertere inſolens, auertere uſitatum.

CXCVI.

VT quomodo aditus hoſtium prohibetur caſtellis, & aggeribus; ita ab ingreſſione fori.c.] Sic o.l.u.ut quomodo aditus hoſtium prohibentur, ita caſtellis & operibus ab ingreſſione.c.

CXCVI:

HAEC ſe ex commentarijs Cæſaris] Extremũ uerbum à nonnullis u.l.abeſt.

CXCVI:

MVLIER ſibi felicior, quàm uir] Sic o.l.u. mihi tamen dubium non eſt, quin littera ſit adijcienda, atque emendandum uiro: nanque illud idem mihi

CXCVII.

IVDICO *non rogatas*] Rogitatas, o. ferè l.u. in queis Lang.

CXCVII.

QVOD *unus M. Antonius in hac urbe poſt conditam urbem palàm ſecū habuit armatos*] Sic o.l.u. quod unus M. Antonius in hac urbe palàm ſecum habuerit armatos, ſi poſt conditam urbem. ex quo iudicaui illa uerba, poſt Cond. urbem ſcilicet, tanquam gloſſemata de libris eſſe tollēda. habuerit, etiam magis probo.

CXCVII.

PLVS *poterūt*] Potuerūt, o.l.u. perſpicue uerū.

CXCVII.

NON *quod ille ſcuta uellet occulta eſſe*] Nō quo ille ſcuta occulta eſſe uellet, o.l.u. & præſtantior numerus.

CXCVIII.

APERTIS *ualuis Concordiæ*] Opertis, o.l.u. & recte. Idem in ij. Phil. Cur ualuæ concordiæ non patent? operire domum Catullus, hoſtium Terentius, portam Varro dixit.

CXCVIII.

VEHEMENS, *& uiolentus*] Nōnulli L. uinolentus. ego ſequor impreſſos.

CXCVIII.

VT *digeſtio potius quàm declamatio uideretur*] Sunt aliquot menſes, cum in hac opinione ſum, mēbrū hoc eſſe ſubditicium: nam id uocabulum Digeſtio mihi barbarum quiddam olere uidebatur: & inſequentia uerba, ſitim quærens ſcilicet, totum hoc ſuperuacaneū,



atque adeo ſui gloſſema eſſe clamitabant: conſtantia tamen librorum, qui omnes ad unum refragabantur opinioni meæ, uehementer me mouebat. Itaq;, ne in arrogantiam offenderem, ſilentio præterire conſtituerā. ecce autem cum ego, & Vbaldinus, quem honoris cauſa nomino, quædam inter nos ex eadem oratione conferremus, atque huc incidiſſemus, & is locum (ut ita dicam) expunctum animaduertiſſet: utrum, inquit, auctoritate librorum, an opinione ductus id facis? opinione, inquam, & ob eam cauſam in emendationum numerum non retuli. Fidenter, inquit, aſcribe. ſine dubio gloſſema eſt: eaſdemq; rationes, quas ego dudum, cur ita cenſeret, attulit. Tum ego locum illum profero, Vt digerat multa cruda facilius. Illa quoq; gloſſa eſt, quæ tamen ab o.l.s. abſit. quod cum ſcirem, ad hunc, quo de agimus, locum multis annis ante notam, inquit, appoſueram. quo audito omnis mihi eſt præciſa dubitatio. Habes & meū, & præſtantiſſimi uiri iudicium. limatulum tu quoque illud tuum adhibebis, atque ea tolles ex libris, ſi idem tibi uidebitur.

CXCVIII.

DECLAMITAVIT] Declamauit, o.l.u.

CXCVIII.

HAEC *enim ei cauſa eſſe ſolet declamandi*] Hæc enim ei cauſa eſſe declamandi ſolet, o.l.u.

CXCVIII.

MYRMILLO *Milaſis depugnarat*] Sic o.l.u. Itaque qui in L. ſuis, Trallibus, repoſuerunt, perperam fecerunt. in hoc tantum mendum eſt, quòd Mylaſis ſcribendum eſt.

CXCVIII.

SVVM *in illa gladiatoria* ] *Suum illa, o.l.u.*

CXCVIII.

AVIDITATI *coniuncta* ] *Auiditate, o.l.u.*

CXCVIII:

RATVM *eſſe, quod egiſſent* ] *Quod elegiſſent, o.l.u. ego, quod ei egiſſent.*

CXCVIII:

AD *urbem potius* ] *Ocyus.*

CXCVIII:

QVO *animo hunc cenſetis futurũ in nos* ] *Quo animo hunc futurum fuiſſe cenſetis in nos, o.l.u. numerus, & constructio lenior.*

CXCIX.

PROFECTVS *eſt, & profugit paludatus* ] *Sic Lang. non profectus eſt, & profugit paludatus. Ego ſic, non profectus eſt, ſet profugit paludatus. ut illud in hac eadem oratione, Poſt diſceſſum latronis, uel potius miſerrimam fugam. & in xiij. ex eo non iter, ſed curſus, & fuga in Galliam. nonnulli u.l. opinionem meam comprobauerunt.*

CXCIX.

QVOD *hic aut non fecerit, aut non faciat* ] *Sic o.l.u. quod hic non aut fecerit, aut faciat, aut moliatur, & cogitet. ut idem locutus eſt in iiij. Phil. ut non aut ij ſint impij, qui contra Conſules exercitum comparauerunt: aut ille hoſtis, contra quem iure arma ſumpta ſunt. & ij. l. de inuen. cum autem actio translationis, aut commutationis indigere uidetur; quòd non aut is agit, quem oportet; aut cum eo, qui cum oportet;*



*aut apud quos, qua lege, qua pœna, quo crimine, quo tempore oportet: translatiua conſtitutio appellatur. libros u. probo.*

CXCIX.

HAEC *ij, qui in horam uiuunt. c.* ] *Sic l.u. hæc ij, qui in horam uiuerent, non modo de fortunis, & bonis ciuium, ſed ne de utilitate quidem ſua cogitauerunt. quidam pro hæc at repoſuerũt. quod minime diſplicet: etſi omnes l. contra faciant.*

CXCIX:

HVNC, *quem uidimus. c.* ] *Sic o.l.u. hunc, quẽ uidimus P.R. reſtinguet ardorem: municipiorum, atq; Italiæ franget animos. aperte uerum.*

CXCIC:

ISTA *legatio moram* ] *Hoc amplius l.u. certe iſta legatio. quod magnam & uim, & uenuſtatem addit orationi.*

CXCIX:

QVAMVIS *dicant, & quoſdam audiam dicturos* ] *Quamuis dicant, quod quoſdam audio. c. o.l. u. ualde placet.*

CXCIX:

P. VALERIVM *Flaccum* ] *L. Lang. qui cum plerique faciunt: falcum. nonnulli Anfalcum. nemo certe Flaccum. À Liuio mentio fit cuiuſdam M. Valerij Falconis. Falcones, inquit Sex. Pompeius, dicebantur quorum pollices in pedibus intro curuati ſunt in falcis ſimilitudinem. apud eundem tamen Liuium loco ſupra citato Flaccum ſcriptum eſt. genti autem Valeriæ id quoq; fuiſſe cognomen, nemo eſt quin ſciat. Flaccum igi*

*tur tueamur.*

CXCIX:

Q. FABIVM *Pamphilum*] *Idem ſcriptor me penè induxit in errorem: idem tanquam in ueritatis uiàm deduxit: nam cum in* Lang. *quid dico* Lang*: imo uero in o.l.u.pro* Fabium, Bebium *ſcriptum animaduertiſſem, iſq; me tot, taliumq; librorum conſenſus, ut par erat, mouiſſet:* Liuij *ſtatim, ut uerum inueſtigarem, libros in manus ſumpſi: eoſq; ab impreſſis ſtare cum uidiſſem, in hanc opinionem diſceſſi, ut pro certo ducerē, l.u. eſſe mendoſos. poſtea cum eoſdē cognoſcendæ rei neſcio cuius gratia euoluerem, in* DC. Bebios Pamphilos *incido. nullum* Fabium *eodem cognomine, cum iam ſtudioſius inquirerem, uſpiam reperio. Itaque ſententiam ita mutaui, ut mihi dubium non ſit, quin ſcripti mendo uacent, impreſſi & Liuij, & Ciceronis libri corrupti ſint, atq; deprauati.*

CXCIX:

AD *noſtrum ciuem mittimus*] Sic *o.l.u. niſi paruerit* Antonius. *ne* Imperatorem, Coloniamq; *populi* Ro. *oppugnet, ita ne uero per legatos rogandus eſt?*

CXCIX:

PRO *Annibale hoſtibus noſtris & ſocijs*] Eodem *modo ſcripti, ut impreſſi. ego ſic corrigendum puto,* Pro Annibalis *hoſtibus, noſtris etiam ſocijs. quidam in ſuis* L. *repoſuerunt,* Mittebantur *ad Annibalem pro hoſpitibus noſtris, & ſocijs. quibus, ut omittam quòd longiſſime ab antiquorum librorum ſcriptura diſcedunt, hoc certe probādum eſt, populi* Ro. *hoſpites* Saguntinos *fuiſſe.*



CC.

ANTE *diem xiiij. cal. Ian.*] Sine *controuerſia ſcribendum eſt,* Ante diem xiij. *id declarat, quòd* Nudius *tertius decimus ſupra dixit.*

CC.

ID Vos *auctoritate publica comprobauiſtis*] Cōprobaſtis, *Lang. & alij aliqui.*

CC.

VOS *æquo animo aſpicere*] *Animo æquo, o.l.u.*

CC.

SINE *dolore ſummo uidebitis*] Sine *ſummo dolore, nonnulli u.l.*

CC.

QVI *ſi legatis paruerit*] L.u. *partim quid, partim quod.*

CC.

NISI *retardatione*] *Ex retardatione, o.l.s.*

CC:

FORTVNAEQVE *noſtræ notæ ſunt*] Sic *o.l.s. nota ſunt. ego, notatæ, probo: ut ſit, quemadmodum illud,* Pecunias *noſtras æſtimabat: poſſeſſiones notabat & urbanas, & ruſticas.*

CCI.

HEM *ad quem legatos*] En, *l.s. nonnulli,* Em.

CCI.

QVI *ne ſorti quidem fortunas noſtras deſtituit*] Deſtinauit, *l.s. quod probo: nam deſtituit quidem omnino falſum eſt: ſiquidem deſtituere hoc ſignificat, non ſtare promiſſis, atque etiam, qui à te ſperet aliquid, hunc in ipſo articulo temporis deſerere: quod in* L. An

tonium profecto non cadit; à quo nihil tale expectabatur. Deſtinare uero dicitur, cũ habeas aliquid cum animo iam ſtatutum, ut facias. Alia quadam notione deſtinare ualet emere. ſed hoc nihil ad rem. Qui locus orbis terræ iam non erat alicui deſtinatus? iam mente, & cogitatione attributus, aſſignatus, addictus? ne ſorti quidem fortunas noſtras deſtinauit. iam ſingulorum ciuiũ bona ſingulis latronibus deſcripſit: ut ne hoc quidem integrum reliquerit, ut quisque haberet, quod cuique ſors obtuliſſet: quod erat ſignum, eum, qui id faceret, ſitire ſanguinem ciuium, atque omnium bonorum uitæ imminere: quippe qui ſibi nihil reliqui ad promiſſa faceret, ut, quod animo intenderat, poſſet efficere. deſtinauit igitur conuenit, non deſtituit.

CCI.

BELLO inquam certandum eſt] Decertandũ, o. ferè l.s.

CCI.

BREVI tempore libertatem Reip.] Libertatem populi R.o.l.u. quod probo.

CCI.

SI autem lenius agetis] Sin, o.l.s. recte.

CCI.

QVANQVAM in memoria gratorum ciuiũ] L.s. eodem modo, ut impreſſi. quidam Atque pro quanquam repoſuerunt: quod minime diſplicet.

CCI:

SED ut hoſtem arcuit, Galliam, ſeq;, c.] Mihi magis arrideret, ſed ut hoſtem arcuit Gallia, ſeq;, c. ut illud in iiij. hunc igitur Gallia qui prohibet. c.



CCI:

MERITO uereq; laudetur] Iure, nonnulli s.l. quod placet.

CCI:

SVASQVE uires non tradidit: ſed oppoſuit] Hoc amplius, o.l.s. ſed. oppoſuit Antonio, quod ualde placet.

CCI:

POPVLVM Ro. liberum eſſe uoluit] Liberum uoluit, o.l.s. ut paulo infra, Qui populum Ro. liberum cuperet. Libri tamen impreſſi defendi poſſunt: ſiquidem eodem modo locutus eſt in xi. Qui populum Ro. liberũ eſſe uoluimus.

CCII.

QVOD imperij populi Ro. lumẽ fuit] Imperio, o.l.s. ego aſſentior impreſſis.

CCIII.

ILLE in aduerſariorum partibus agrum Picenũ habuit munitum] Pro munitum, inimicum, o.l.s. quod ſummopere arridet: ſi tamen ex primis membri huius uerbis, in, modo ſuſtuleris: aliter enim ad mentem Ciceronis uerba non accedunt: qui quidem ex contrarijs cõficere uoluit, Cæſaris factum præclarius fuiſſe, quàm Pompeij: ſiquidem hic ex inimicis aduerſariorum, ille ex amicis hoſtium confeciſſet exercitum. Picentes autem cum Pompeio conſenſiſſe ad Marij parteis oppugnãdas, refert hiſtoria.

CCIII.

EX Antonij amicis, ſed amicioribus libertati] Libertatis, o.l.s.

CCIII.

ET *pro populo* Ro.] *Et prop* r. L.*ſ*. *ego, ſit pro prætore*. Scribit Suet. *Senatum decreuiſſe, ut* Cæ*ſar exercitui comparato pro prætore præeſſet, atque unà cum* Hircio, & Pan*ſa* Coss. D. Bruto *opem ferret*.

CCIII.

HVIVS *adoleſcentis hortãdi honorandiq́;*] *Quidam in locum honorandi ſubdiderunt ornandi. quid eos mouerit, neſcio. omnes certe libri ſcripti contra faciunt*. Equidem, *ſi liceret libere, atque audacter emendare, pro hortandi, ornandi potius reponerem : ut alterũ ad laudes referatur, alterum ad honorem : cum præſertim, quid ſibi hic uelit iſta hortatio, non diſpiciam*. Libri *etiam ſcripti non hortandi, ſed ortandi habent*.

CCIII.

MILITES, & *ueteranos*] Et, *meo quidem iudicio tollendum eſt. non longe abieris : hæc ipſa oratio in extremo meam tibi opinionem comprobabit*.

CCIIII.

CIVEM *clarum haberi*] Eodẽ *modo l.s.ut impreſſi.ego carum probo.comprobant carũ potius quàm clarum multi inferiores loci in eadem pagina*.

CCIIII:

AMICISSIMO Reip.] Amici*ſſimoq́;* Reip.

CCIIII:

IN *quo* P.C.*non tantũ cõmodum*] L.*u.non differunt ab impreſſis.è recentioribus nonnulli pro tantum, tam : pro quantum, quàm.quod placet*.

CCIIII:

CONTRA *legem* Iuliã *poſſideretur*] Poſſide-



*rent, omnes l.s.*

CCV.

HISQVE *militibus legionis* Martiæ, & *legionis quartæ ita darét, aſſignarét*] Sic *o.l.s.iјſq́; militibus. cætera eodem modo. ego ſic emendandum puto*, Iſq́; *militibus legionis* Martiæ, & *legionis quartæ ita daretur, aſſignaretur.quem ad modum paulo ante*. Vt *is militibus ueteranis diuideretur . nam his militibus quidem, ſiue iјs aperte falſum eſt : quòd harum legionum cuncti milites* Cæ*ſarem ſecuti ſunt : ut ſupra recte additũ eſt prænomen, iјſq́; militibus, qui de legione ſecunda*, & XXXV : *quoniam eorum partim ad* Hircium, & Pã*ſam* Coss.*uenerant, partim ſe contulerant ad* Antoniũ: *ut ex epiſtola* Galbæ *licet intelligere*.

CCV.

QVAE *ſine mora, matureq́; decreta*] Eodem *modo l.s.ut impreſſi : ut fortaſſe ita corrigendum ſit, quo ſine mora, matureq́; decreto*.

CCVI.

IVSTICIVM *edici*] Indici *l.s.ut in proxima oratione*, Tumultum *decerni, iuſticium indici. utrunq; omnino probabile : ego tamen hoc magis probo*.

CCVI.

QVO *furor, quò uinolentia*] Violentia, *l.s.*

CCVI.

DVO *diſſimillima genera lenonum*, & *latronum ita domeſticis ſtupris, forenſibus parricidiјs delectarũt, ut.c.*] Sic *o.l.s.duo diſſimilia genera tenuerunt lenonum*, & *latronũ : ita domeſticis ſtupris, forenſibus parricidiјs delectatur., ut.c.*

CCVI:

NOVI *uiolentiam*] Vinolentiam, nonnulli s.l.

CCVII.

HORAM *exhibere nullam in tali ciue liberando ſine ſcelere non poſſumus*] Eodem modo o.l.s.in quibuſdam impreſſis eximere pro exhibere. quod minime diſplicet: ut enim tollere diem, extrahere diem, ſic eximere diem uſitatum. M. Tullius ad Att. Metellus calumnia dicendi tempus exemit. Capito apud Gel. Catorem, quam conſulebatur, quoniam non è rep. uidebatur, perfici nolebat. eius rei gratia ducendæ, longa oratione utebatur, eximebatq; dicendo diem. erat enim ius ſenatori, ut ſententiam rogatus, diceret ante quicquid uellet alius rei, & quoad uellet. ex quo liquet, locum illum ad Q. Fratrem, Clodius rogatus, diem dicendo eximere cœpit, non eſſe mendoſum. ſed hoc nihil ad rem. Vt igitur eximere tempus, diem: ſic horam, recte dicitur.

CCVII.

PLVRIS *quàm T. Plancius*] Sine controuerſia ſcribendum eſt, T. Plancus. hic enim eſt T. Munatius Plancus Burſa frater L. Munatij Planci oratoris, qui temporibus Milonianis uel acerrimum ſe Ciceronis oppugnatorem præbuerat, maximamq; in eum, quòd tanto ſtudio Milonem defenderet, inuidiam concitauerat: quoq; inſtigante curiam populus incenderat. poſtea contra opes, ac potentiã Pompeij condemnatus, à Cæſare initio belli ciuilis in integrum reſtitutus eſt.

CCVII:

O FIDES, *hinc enim puto.c.*] Hoc pro hinc nonnulli s.l. quod placet: cum enim ò fides exclamaſſet, perinde iſta uerba ſubiunxit, quaſi Trebellium ipſum nominatim exclamaſſet.



CCVII:

VBI *plauſus ille in triumpho eſt ſpe ludi?*] Sic o.l.u. ſæpe ludi. ego una littera modo addita, ludis corrigo: ſignificabat enim gladiatoribus, concione, ludis populus maxime iudicium, ac uoluntatem ſuam. Quòd igitur Trebellius à cauſa creditorum conſtantiſſime ſteterat, ac Dolabellæ legem de tabulis nouis ferenti reſtiterat, iccirco eum populus ſummo ſtudio bonorum Aedilem fecerat, atq; ei plauſus in triumpho, ac ſæpe ludis dederat. hic poſtea ſic euaſit improbus, ut quod recte fecerat, uideretur caſu, non ratione feciſſe.

CCVII:

QVINQVE, *& triginta tribus patrono populi Romani. igitur.c.*] Interpunctiones meo quidem iudicio perperam collocatæ ſunt. ſic enim ponendæ, quinq; & triginta tribus patrono. Populi Ro. igitur.c.

CCVII:

SICVT *illam Q. Trebellij*] Plinius, Tremellij: Liuius, Tremuli.

CCVII:

QVIA *Milaſſis Myrmillonem Thracem*] Corrige, Mylaſis Myrmillo Thracem.

CCVII:

ALTERA *Equitibus Ro.*] Eodem modo l.s. ego, Altera EQQ.R. equitũ Ro. quas ſcilicet equites Ro. poſuerant. ut literæ Cæſaris l.iij. Ep. ad Q. Fr. quas Tullius ad Cæſarem dederat. Quòd antiquior dies

in tuis fuiſſet aſcripta literis, quàm in Cæſaris: nam quòd repoſuere quidam, At altera ab Equitib. R. id (credo) ſua ſponte non de librorum auctoritate fecerunt.

CCVIII.

QVI in exercitu Cæſaris duo bis fuerũt] Nonnulli s.l. qui in exercitibus Cæſaris duobus fuerunt. quod placet. certe in hoc l.s. inter ſe congruunt, quòd duobus, non duo bis, habent.

CCVIII.

* HIS quoq; diuiſit Semurium] Nonnulli s.l. Semuriam. quid, ſi, remuriam uel remoriã corrigamus? Sex. Põpeius, Remurinus, inquit, ager dictus: quia poſſeſſus eſt à Remo, & habitudo Remi Remoria: ſed & locus in ſummo Auentino Remoria dicitur, ubi Remus de urbe condenda fuerat auſpicatus. hunc locum Plutarchus in uita Romuli non Remoriam, ſed Remorium appellat, cuius uerba ſubſcripſi. ῥωμύλος μὲν οὖν τὴν καλουμένην ῥώμην κουαδράτην, ὅπερ ἐστὶ τετράγωνον ἔκτισε, καὶ ἐκεῖνον ἐβούλετο πολίζειν τὸν τόπον. ῥῶμος δὲ χωρίον τι τοῦ ἀβεντίνου καρτερόν. ὃ δι᾽ ἐκεῖνον μὲν ὠνομάσθη ῥεμώριον. νῦν δὲ ῥιγνάριον καλεῖται. Dionyſius Aliacharnaſeus ſcribit, Remum cepiſſe conſilium condendæ urbis, in eo colle, qui poſtea ex eo inuẽto nomine Remoria appellatus eſt: qui collis, inquit, à Tyberi non longe à Roma XXX ſtadijs abeſt. Remuriam ille, qui de regionibus urbis ſcripſit, Victor in partibus Auentini numerat. illud autem, quod huic ſubiungit, Campus Martius reſtabat, non nihil ſuccinit opinioni meæ: ut quemadmodum hoc, ſic illud non ad ueritatem, ſed ad augendam inuidiam dictum ſit. ſed ad meum illud redeo,



nihil ut affirmem, tantum, quid ſentiam, uel potius ſuſpicer, teſtatum relinquam.

CCVIII.

L. Antonio Iano medio patrono] Iani medij, ſine controuerſia emendandum: declarat oratio cõſequens, Patronus (inquit) eorum qui Tribb. militum fuerũt: patronus Iani medij. De Iano medio, ubi cõſiſtebant fœneratores, Hor. Poſtquam omnis res mea Ianum ad medium fracta eſt. etiam M. Tullius l. ij. de off. in extremo: etſi ibi mendoſe ſcriptum eſt, Ad medium ianuæ.

CCVIII.

VIGINTI diebus poſt] XXX, libri ſcripti.

CCVIII.

TAM inimicus dignitati ſuæ] Eodem modo libri ſcripti. ego, dignitatis: ut caſus caſui reſpondeat. ut pro Flac. Aut beneficij huius obtrectator, aut uirtutis hoſtis, aut laudis inuidus extitiſſet.

CCVIII.

CONATVS auertere] Conatum, o. l. u. quod ualde placet.

CCVIII.

SENATVM ſua ſponte bene firmum] Lang. bene non habet. cæteri ſic. bene ſua ſponte firmum. quid uerius, diuinandum eſt. illud ſcio, M. Tullium ſæpe ita locutum fuiſſe: ut in XVI. l. Ep. ad Att. Ibi bene ualentem uidi Piliam. & V. Nos enim & noſtra ſponte bene firmi.

CCIX.

OMNIBVS gentibus imperare uoluerunt] Gentibus, in l. u. non eſt.

CCIX:

TRIBVNI *pl.referunt*] Trib.pl.refert,o.l.u.

CCIX:

LANGORIS] Languoris, o. l. u. *poſtulat etiam ratio.*

CCIX:

IAM *non fingunt.c.*] Sic o.l.u.Iam *nunc fingunt reſponſa* Antonij,*eaq; defendunt.perſpicue rectũ.*

CCIX:

LEGES *imponeret*] Hæc *uerba nullis in.l.u. reperiuntur.*

CCX.

IIDEM *quaſi prouidi ciues,& ſenatores*] Nihil *mihi emendatius hoc loco, nihil ſincerius uidetur, cum in hoc modo libros intueor: cum autem ad ueteres aſpectum & mentem refero, facere non poſſum, quin ſuſpicer aliquid ſub his mendi ſubeſſe: ſed ſcripturam ueterum librorum proponam: ut intelligas, an aliqua tamen ratione ducar ad male ſuſpicandum.* Lang.*ſic.*Idem *quaſi prouendicius eſſet in ſenatores.* Sc. *prouenditius eſſet in ſenatores.* Alij,*prouetlicius eſſet hij ſenatores.* Liber Marcelli Ceruini Cardinalis,P.R.*uindicius eſſet hi.c.quarum nullam omnino probo: ná hæc extrema ( etenim cæteræ perſpicue falſæ ſunt ) hæc inquam extrema, quæ præſefert aliquam tamen ſpeciem ueritatis, nec ipſa mihi conſtare ſecum,nec cum inferiori uidetur: nam primum quis unquam ſic locutus eſt,ut diceret,*Ille P.R.*uindicius eſt, cum libertatis uindicem, propugnatoremq; ſignificare uellet? propterea quòd ſeruus hoc nomine coiurationem,quæ facta erat*

*contra*



*contra* P.R.*libertatem, detulerit. ſed fac hunc fuiſſe* Brutum *illum* Regum *exactorem: quis unquam dixit,* Antonius *Populi* Ro.*Brutus eſt? deinde hi ſenatores nō* M.Tullium *coarguebant improbitatis,quòd contra bonum.ſ.ciuem,patriæq; amantem bellicum cecinisset: ſed imprudentiæ,quòd irritaſſet hominem nequam, iracundum,impotentem,confidentem.* Vtinam,*inquit ille,tam facile uera inuenire poſſem, quàm falſa conuincere. quod ego quoq; uel hoc loco maxime poſſum dicere. nullo enim negotio falſa redarguo: uera nullo modo reperio.* Quid *ſi ſic emendemus?* Idem *quaſi* P.R.*uindices eſſent,hi.c.omnino melius: ut tamen omnino non acquieſcam, atque aſſentiar. ſequamur igitur impreſſos: præſertim cum bonam ſententiam uerbis non minus bonis enuntient.*

CCX.

EOS *eſſe cauendos denunciant*] Eos *cauendos eſſe denuntiant,o.l.u.numerus* Tullianus. *& ut aliud ex alio: hunc locum à* Demoſthene *tranſtulit,*περὶ τοῦ στεφάνου. ὅτι τῶν πολιτευομένων παρὰ τοῖς ἕλλησι διαφθαρέντων ἁπάντων ἀρξαμένων ἀπὸ σοῦ. *quod* Demoſthenes *dixit* ἀρξαμένων ἀπὸ σοῦ: Cicero,*à ſe primum numerare.* Varro *de lingua lat.primum præterijt.*Menſiũ, *inquit,nomina ſunt aperta ferè, ſi à* Martio,*ut antiqui inſtituerunt, numeres.*

CCX.

DILIGENTIOR *cauſa eſt?*] Diligentior *eſt cautio? perſpicue rectum.*

CCX.

POPVLARES *habebantur*] Appellabantur,

o.l.ueteres.

CCX.

DE ſua ſpe rerum ſecundarum ſuarum ] Hoc extremum uerbum omnibus u.l.auctoribus inducendũ eſt, atq; etiam(ut mihi quidem uidetur) latini ſermonis elegantia.

CCX.

AB ineũte ætate illius ] Ab ineũte illius ætate, Lãg.

CCX:

CONIVNXERIT: eius deniq; ] Coniunxit: eiuſdemq; curam, Lang.Sc. Nonnulli, eiuſdem curam: quorum utrumuis elegeris, erit multo rectius, quàm id quod editum eſt.

CCX:

AVCTOR pacis fui ] Pacis auctor fui, o.l.s. & uerba procliuius currunt.

CCXI.

CVM hoc pace uelle ſubito coniungi ] Cum hoc ſubito pace uelle coniungi, o.l.u. & ambitus cretico, & ſpondeo clauditur: qui numerus Ciceronis proprius eſt.

CCXI.

MERITOS quidem illi honores ] Eodem modo o.l.meritos quidem illos, mihi magis arrideret. hoc certe conſuetudo, atq; elegantia latini ſermonis approbat: illud alterum reijcit, atq; aſpernatur.

CCXI.

SED tamen immortales, & ſingulares ] Singulares, & immortales, o.l.u.quod placet.

CCXI.

BRVTVM hominem quondam illius generis, &



nominis natum ad remp.liberandam. ſic o.l. ] Ego ſic, omine quodam illius generis, & nominis: ut ſit illi ſimile de M.Bruto in x.Phil.cum ſua excellentiſſima uirtute Reip.natus, tum fato quodam materni generis, & nominis. Natus igitur erat D.Brutus quodam omine illius nominis, ut quemadmodum L.ille Brutus Regibus exactis, ita hic interfecto Tyranno patriam in libertatẽ uindicaret. ab eadem ratione dixit in iij.accuſ.Dixit idẽ Dolabellam impetraſſe: omen magis P. C.quàm cauſa placuit. & in Rul.Neq; te P.Rulle omina illa M. Bruti, atq; auſpicia à ſimili furore deterrẽt. & Liuius l.VII. redieruntq; res ad Camillum, cui unico Conſuli uel ob aliam dignationem haud ſubijciendam dictaturæ, uel ob omen fauſtum ad gallicum tumultum cognominis dictatorem arrogari, haud ſatis decorum uiſum eſt patribus. ſed enim hæc ominum mentio facta memoriam mihi attulit loci illius de Diuin.l.i.Prærogatiuam etiam maiores omnes iuſtorum comitiorum eſſe uoluerunt. et illius in ij.l. Iam illa, fauete linguis & prærogatiuam omnium comitiorum. quibus in locis pro omnes, & omnium omen reponendum eſt.id indicat pro Planc. An tandem una centuria prærogatiua tantum habet auctoritatis, ut nemo unquam prior eam tulerit, quin renũtiatus ſit. & planius etiam pro Mur.etenim ſi tãta illis comitijs religio eſt, ut adhuc ſemper omen ualuerit prærogatiuæ.

CCXI.

A.HIRCIVS ] Hoc amplius o.l.u. A.Hirtius conſul. præterea ut ſcribunt uetera monumenta, non Hircius, ſed Hirtius.

CCXI:

MILITES *cum gladijs ſequũtur :* Conſuli *præſidio ſunt :* ſpecie Conſuli.c.] Milites *cum gladijs ſequuntur* Conſulem : *præſidio ſunt ſpecie* Conſuli, *o.l.u. præclare.*

CCXI:

NON *eſt iudicatus* Antonius *hoſtis?*] *Nõ eſt iudicatus hoſtis* Antonius? *o.l.u. & finem heroici uerſus effugimus.*

CCXI:

LIBERATI *tum regio dominatu uidebamur*] Hoc *tantum l.ſcripti ab impreſſis diſcrepant: quòd pro tum, nonnulli tã : pro uidebamur, nonnulli nitebamur, alij uerebamur, urgebamur alij. ego ſic emendandum arbitror.* Sed *erat tunc excuſatio oppreſſis, miſera illa quidem, ſed tamen iuſta : nunc nulla eſt liberatis iam regio dominatu : urgebamur armis domeſticis : ea ipſa depulimus. ſententia aperta eſt.*

CCXI:

QVANTA *illa erit*] Quanta.n.*erit illa, o.l.u.*

CCXII.

ET *conſulẽ deſignatum*] Et, *ab o.l.u.abeſt.recte.*

CCXII.

SATIS *multa de turpitudine*] *Multa, à* Lang. *& cæteris ferè l.u.abeſt.*

CCXII.

DICAM *deinceps, quod propoſui*] Deinceps, *ut propoſui, o.l.u.*

CCXII.

ANTONIVM *uideatis*] Videatis Antonium, *Lang.*



CCXII.

CVM C.*Cæſare magiſtratum ſortitus eſt*] Ma*giſtratus partitus eſt, o.l.u.præclare.* Quid *ſibi uelit* Cicero, Suetonius *in uita* Iul.Cæs.*declarat.* Comitia, *inq̃t, cum populo partitus eſt : ut exceptis* Conſulatus *competitoribus, de cætero numero candidatorum pro parte dimidia, quos populus uellet, pronuntiaretur : pro parte altera, quos ipſe dediſſet. ut autem hoc* Cæſari *liceret,* L.Antonium *legem tuliſſe ; ex oratione* Ciceronis *licet intelligere.*

CCXII.

PATRONVS *fori*] Eodem *modo l.u.nõnulli non ita ueteres quidem, ſed tamen ſcripti,* Patronus *eorum. quod rectũ eſſe iudico.* Id *ex* Phil.VI.*apparet. hunc autem errorem genuit (opinor) ſimilitudo literarum. nã cum ueteres illi antiqui litterarum formis in ſcribendo uterentur,* Maiuſculæ *quæ noſtra lingua nominantur; quam in ſententiam homines doctiſſimi, atq; omnibus ingenuis artibus inſtructiſſimi diſceſſionẽ (ut ita dicam) fecerunt, in eis uir cum omni doctrinæ, atque uirtutis laude cumulatus, tum uero bene peritus antiquitatis, & doctus, & intelligens huiuſce generis exiſtimator* Marcellus Ceruinus Cardinalis: *cum igitur hunc in modum litteras deformarent, hinc fiebat incuria librariorum, ut* E, & F *propter ſimilitudinem inter ſe locum ſæpe commutarent. hinc innumerabilia menda gignebantur. hinc pro* Planc. *eorum preſſi, pro forum preſſi : ut in ep.ad* Pap.Pæt. *urgeo forum, dixit. hinc l.ij.de leg. quod autem eorum id eſt ueſtibulum ſepulcri uſucapi uetat. pro forum,* Forum, *inquit* Sex.Pompeius, *antiqui*

appellabant, quod nunc ueſtibulum ſepulcri dici ſolet. In Varronis quoq; l.ij.de re Ruſt.ex eadem cauſa mendum,meo quidem iudicio,conflatum eſt. Antequam calores,aut frigora ſe exegerint.quo in loco l.uetuſtiſſimi Eregerint: ego Fregerint: ut in l.i.de or.Dum ſe calor frangat.hinc ex Eorum,Forum primo: deinde,cum id conſequens non uideretur,Fori natum.

CCXII.

O DII quis huius.c.] L.u.ne unus quidem habet hanc exclamationem.è ſcriptis qui habent,in his,medij; deſideratur: ex quo licet conijcere,Medij in ò dij abiiſſe; deinde utrunq; ſenſim per imprudentiam librariorum,in libros irrepſiſſe.Cicero tamen hoc ſimplici exclamationis genere utitur. ut in ep.ad Q. Fr. Hic ò dij nihil unquam honorificentius nobis accidit.& ad Att. Reliqua, ò dij qui comitatus.

CCXII.

CVM ornaſſet Thæciditis] Threciditis, o.l.u.ego Beroaldo aſſentior, qui ſcribendum putat Threcidicis: ut ſit,Threcidicis armis, Thracum.ſ.gladiatorũ armatura: ut Auſonius, Threcidico princeps arma mouens gladio. Myrmillones cum Thracibus comparabantur. Declarat Cicero proxima ſuperiori oratione.declarat Suetonius in Dom.planius etiam Auſonius, Quis Myrmilloni componitur? æquimanus Thrax. Thraces gladiatores,inquit Sex.Pompeius,à ſimilitudine parmularum Threiciarum dicti ſunt.

CCXII.

QVI familiarem iugularat] Eodem modo l.s. ego iugularit probo.



CCXII:

CONCVRSVS fiat ciuiũ] Sit pro fiat,o.l.u.

CCXII:

VT nemo ſit alius,niſi ij,qui una ſunt: & ij,qui, c.] Sic o.l.u.ut nemo ſit alius,niſi illi,qui una ſunt: et hi,qui.c.perſpicue rectum.

CCXII:

CVM bonorum præſidia ceſſerint] O.ferè l.s. ueteres quidem ad unum omnes ſic.Cum bonorũ præſidijs ceſſerint.quorum conſenſus hanc in ſententiam me adduxit, ut putarem ſic emendandum,cum boni iam præſidijs ceſſerint.ut illud in Cat.M.Vetatq; Pythagoras iniuſſu imperatoris,id eſt Dei,de præſidio & ſtatione uitæ decedere.

CCXII:

EST autem noſtri conſilij] Eſt ueteris conſilij, o.l.u.eſt ueſtri conſilij;fortaſſe corrigendum eſt.ueſtri certe,quàm noſtri,mihi magis arridet.

CCXII:

SED in principe ciue non ſatis eſt] Pro ciue Priſcianus ciui.o.l.u.non eſt ſatis.

CCXII:

VIGILANTIAM] Vigiliam,Lang.cæteros ſequor.

CCXIII.

QVIBVS illum uiciſſim uos oculis intueri] Quibus uiciſſim uos illum oculis intueri,o.l.u. Qui ueſtrum illum? quis ueſtrum,o.l.u.placet.

CCXIII.

QVI in noſtras fortunas imminent] Lang.&

cæteri ferè, qui in ueſtras fortunas imminent, amici unquam uobis erunt, aut uos illis?

CCXIII.

AD libertatem recuperandã incitauerunt] Excitauerunt, o.l.u.

CCXIII.

CVRIAM populi Ro. nõ deſideretis] Curiam P.R. non deſideret, o.l.u.

CCXIII.

ESSE ullo pacto poteſt?] Nullo pacto eſſe poteſt, o. ferè l.u. in queis Lang.

CCXIII.

L. NASIDIO] L. uiſidio, o.l.u. de L. tamen Naſidio Cæſ. in ij. l. bel. ciu. qui quidem refert eum ab Cn. Pompeio cum claſſe XVI nauium L. Domitio, Maſſilienſibusq; ſubſidio miſſum.

CCXIII.

QVI uicinos ſuos non cohortatus] Pro uicinos, ciues, Sc.l.

CCXIII.

PROVINCIAE Galliæ: à qua. c.] O.l.u. pro à, ei.

CCXIII.

NOLITE igitur uelle] Nolite igitur id uelle, omnes libri ueteres.

CCXIII.

AT uero erecti, citati, parati, armati] Locus hic mihi nonnihil ſuſpectus eſt: nam uerbum illud, citati .ſ. & animum, & aureis grauiter offendit: non quo id ipſum nunc primum accipiant: ſed uim eius, atque ſen





tentias, in quibus poni ſolet, hoc loco non agnoſcunt: etenim cum modo celeritatem ſignificet, ut citatum flumen, agmen, in eum locum citatim contendit: modo laudare & uocare; ut auctores, libri citantur teſtes, accuſatores, rei, iudices: hic, in utramuis partem acceperis, ad ſententiam non ſatis apte conuenerit: ut interdum ueniat in mentem ſuſpicari, pro citati cuncti eſſe reponendum. quoniam tamen omnes l. contra faciunt, nobis perſuaderi ſinamus, citati hoc loco idem ualere, quod excitati.

CCXIII.

VITA & fortnna optimi cuiuſq;] Fortunæ, o.l.u. perſpicue uerum.

CCXIIII.

TAMEN & ſummi gubernatores] Tamen etiam ſummi, o.l.u. aperte uerum.

CCXIIII.

METV & periculo Remp. liberare] Remp. metu, & periculo liberare, o.l.u.

CCXIIII.

VICIT L. Cæſaris ampliſſimi uiri] Vicit L. Cæſar ampliſſimus uir, o.l.u. quod ut probem, faciunt uerba conſequentia.

CCXIIII.

VT & luctu ſororis moueretur] Sic o. ferè .l. u. ne in nepotem moueretur: & ſaluti Reip. prouideret. nonnulli, qui ſaluti Reip. prouideret. ex quo intelligere cuiuis licet, hæc eſſe gloſſemata, & ideo ex l. eſſe tollenda.

CCXIIII.

QVID eſt enim tumultus? niſi.c.] Quid enim eſt aliud tumultus? niſi.c.o.l.u.& recte.

CCXV.

GRAVIVS autem eſſe tumultum] Tumultum eſſe, o.l.u.

CCXV.

Medium nihil ſit] Nihil ſit medium, Lang.& alij nonnulli.

CCXV.

QVO quid abſurdius dici aut exiſtimari poteſt?] Quo quid abſurdius dici poteſt, aut exiſtimari? o.l.u.

CCXV.

VT milites fiant ſine ui] Sint, pro fiant, o.l.u. quod tamen non placet.

CCXV.

QVIS poteſt bellum non eſſe dicere?] Sic o.l.u. bellum eſſe dicere. quod placet: ut hoc membrum æque, ut ſuperiora, aliud dicat, aliud ſentiat.

CCXV.

NVLLAM putauit ſibi excuſationem] Nullam ſibi putauit excuſationem, o.l.u.& lenius.

CCXV.

NON expectauit noſtra decreta] Veſtra, o.l.u.

CCXV.

DECERNENDI enim tempus nondum nouerat] Venerat, o.l.u. perſpicue uerum.

CCXV.

NIHIL decerni poſſe] Nihil poſſe decerni, Lãg. & cæteri. & numerus Tullianus.



CCXV.

ET clariſſimorum hominum] Et ut clariſſimorum hominum, o.l.u. quod placet.

CCXV.

CRVDELISSIMAM Vlciſceretur necem] Pro ulciſceretur, Lang. puniret. cæteri puniretur. quos ut ſequar, numerus facit.

CCXV.

PENATES, aras, focos] Penates, ab o.l.u. abeſt.

CCXV.

LEGES, iura] Iudicia, non iura, o.l.u.

CCXVI.

DII meliora] Lang.& cæteri u.l. det meliora. recentiores cum impreſſis faciunt: & recte. quod enim Græci εὐφήμει, noſtri dij meliora dicunt. id apparet apud hunc ipſum in Catone maiore, bene Sophocles; cum ex eo quidam iam confecto ætate quæreret, uteretur'ne rebus uenereis, dij meliora, inquit: libenter uero iſtinc, tanquam à domino agreſti, ac furioſo, profugi. At Plato, à quo locum illum totidem penè uerbis tranſtulit. πῶς ἔφη ὦ Σοφόκλης ἔχεις, πρὸς τ᾿ ἀφροδίσια; ἔτι οἷός τ᾿ εἶ γυναικὶ συγγένεσθαι; καὶ ὅς, εὐφήμει ἔφη ὦ ἄνθρωπε. ἀσμενέστατα μέν τοι αὐτὸ ἀπέφυγον, ὥσπερ λυττῶν τά τινα καὶ ἄγριον δεσπότην ἀποφυγών. utitur etiã Liuius, ſi ſpopondiſſemus urbem hanc relicturum populum R? ſi incenſurum? ſi magiſtratus, ſi ſenatum, ſi leges non habiturum? ſi ſub Regibus futurum? Dij meliora, inquis.& alibi. Bacchis initiari uelle. id ubi mulier audiuit; perturbata, Dij meliora, inquit. plene Tibullus enunciauit, Dij meliora ferant, nec ſint mea ſo=

mnia uera. Idē græcum uerbum pluribus exprimens, Dicamus bona uerba: uenit natalis ad aras. Terentius imminute, Bona uerba quæſo. nec in rebus diuinis aliud erat fauere linguis, quàm εὐφημεῖν. declarat Ouidius, Euinctus uitta crines albente ſacerdos, En deus eſt, deus eſt: animis, linguiſq; fauete, Quiſquis adeſt, dixit. Sis ò pulcherrime uiſus Vtiliter: populoſq; iuues tua ſacra colentes. Quiſquis adeſt, uiſum ueneratur numen: & omnes Verba ſacerdotis referūt geminata, piumq; Aeneadæ præſtant & uoce, & mente fauorem. Euripides autem in Iphig. ϛὰς δ' ἐν μέσῳ ταλθύβιος, ᾧ τόδ' ἦν μέλον, εὐφημίαν ἀνεῖπε, καὶ σιγὴν ϛρατῷ.

CCXVI.

VIDERVNT *enim ex mendicis*] Sic o.l.u. ſui enim ex me didicerunt repente fieri diuites. ut fortaſſe corrigendum ſit, ſic enim ex mendicis didicerunt repente fieri diuites.

CCXVI.

NOS *libertatem noſtris militibus*] Nos noſtris militibus libertatem, o.l.u.

CCXVI.

FACERE *commode non poſſem*] Commode facere non poſſem, o.l.u.

CCXVI:

IMMO *alia cauſa iuſta*] Nulla, uel non, uidetur deeſſe.

CCXVI:

HONESTA *ratio*] Eodem modo l.s. ut impreſſi. ego tamen, ut, quod ſentio, dicam; oratio, magi probo: ut illud Terētianum. Quæ ſeſe uoluit in ignem



conijcere, prohibui, ſeruaui. honeſta oratio'ſt. & huius ipſius de off. uulgo loquuntur, ſeſe in beneficijs collocandis mores hominum, non fortunam ſequi. honeſta oratio. & de Fin. bon. & ma. cupit enim dicere, nihil poſſe ad beatam uitam deeſſe ſapienti. honeſta oratio. & in VII. acc. An bello fugitiuorum Siciliam uirtute tua liberatam? magna laus, & honeſta oratio.

CCXVI:

PATER *tuus, quo utebar ſene auctore adoleſcens. c.*] Sic Lang. quid pater dein tuus, quo utebar ſene adoleſcens. Alij pro dein, deniq;. olim, alij: quod probo. uidebatur deeſſe non, quod poſtea in iij. l.s. inueni. ſic igitur emendandum eſt. Quid pater olim tuus, quo utebar ſene adoleſcens, homo ſeuerus, & prudens non primus omnium. c.

CCXVI:

NVM *igitur eum, ſi tum eſſes, temerarium ciuem. c.*] Num igitur, ſi tum eſſes, eum temerarium ciuem. c.

CCXVI:

P. Lentulum *principem Senatorem*] Eodem modo l.s. ut impreſſi. ego, principem Senatus: ut Dion, ut cæteri rerum ueterum narratores, ut M. Tullius in diuin. appellat, Tum, cum P. Lentulus, is qui princeps Senatus fuit. & contra Rul. quod cum à maioribus noſtris P. Lentulus princeps Senatus in ea loca miſſus eſſet. quid multa? Adeo huius illuſtre nomen, adeo peruagatum erat, hunc principem Senatus fuiſſe, ut, ipſum deſcribere cum uolunt, ſatis habeant, principem nominare. ut Cicero de or. Prædicaremq; P. Lentulum principem il=

lum. et in Bruto, Tum etiam P. Lentulus ille princeps. c. Id autem aſſeueranter affirmo non ſolum ob eam cauſam, quòd Senatus & id genus cætera per notas ſignificabantur: ſed hac etiam ratione ductus, quòd neceſſarium mihi uidetur, non modo uerisimile, M. Tullium, cum ſententiam Fusij uellet grauiſſimorum uirorum auctoritate refellere; quorum exemplo id aſſequi uolebat, eos, quàm honorificentiſſime poſſet, appellaſſe: itaq; & Q. Metellum, cuius IIII. F. conſulares dixit: ut ex eo colligeres, non ſolum quàm honoratus, uerum etiam quàm natu grandis, atq; adeo prudens eſſet: & P. Lentulum, non principem Senatorem; quod erat, unum propè de multis eſſe; ſed Senatus: ut intelligeres, qua grauitate, qua ſapientia, quo rerum uſu prӕditus, qui princeps Senatus ex tot, talibuſq; Conſularibus unus potiſſimum à Cenſoribus, & Cenſoribus eorum temporum lectus eſſet: qui tamen contra ſententiam Fusij non omneis ciues ſaluos eſſe uoluiſſet.

CCXVI:

QVID cõplures alios. c.] Quid, ab o. l. u. abeſt.

CCXVII.

GRACCHVS, & M. Fuluius conſulares] Conſularis ſine dubio corrigendum eſt: etſi omnes L. contra faciant: ſiquidem C. Gracchus Tribunitius interfectus eſt, ut omnes hiſtorici narrant. M. Tullius in Cat. Interfectus eſt propter quaſdam ſeditionum ſuſpiciones C. Gracchus clariſſimo patre natus, auis, maioribus: occiſus eſt cum liberis M. Fuluius conſularis. & quoniam de M. Fuluio conſulari agimus: locum illum ualde deprauatum corrigamus, qui eſt in IIII. oratione contra Catil. cũ aui iuſſu Cos. interfectum, filiumq; eius impuberem ligatum à pr. miſſum in carcerem necandum eſſe dixit. ego ſic, cuius aui iuſſu cõſularem interfectum, filiumq; eius impuberem legatum à patre miſſum in carcere necatum eſſe dixit. Cõſule Velleium, & Plutarchum: diſceſſeris in ſententiam meam: Lentulum autem principem illum Senatus, auũ fuiſſe Lentuli Suræ, Dion memoriæ tradit.



CCXVII.

VRI, ac ſecari, quod noceat, patimur] Sic Lang. & cæteri ferè, uri, ſecariq; patimur ut aliquid membrorum potius. c. multo elegantius.

CCXVII.

TE uidiſſe plus, quàm me] Te plus, quàm me uidiſſe, Lang. & alij nonnulli.

CCXVII.

SANCTVM, temperatum] Temperantem, omnes l. u.

CCXVII:

EGO huic uidelicet faueo?] Sic o. l. u. ego huic, uel illi uidelicet faueo: tu illi. quo modo tamen M. Tullius (quod ſciam) nunquam locutus eſt.

CCXVII:

QVOVSQVE enim pacem dicis uelle te?] Dicis pacem uelle te? o. l. u.

CCXVII:

ERGO te, cum in Maſſilienſes. c.] Ego te, o. l. u. recte.

CCXVII:

MASSILIAM expugnabis?] Oppugnabis,

o.l.u.recte.

CCXVII.

VT nunc ſis popularis] Nunc ut ſis popularis, o.l.u.ſummopere placet.

CCXVIII.

ANTE Conſules,oculoſq; legatorum] L.Lang. Conſulem. nonnulli Cos. ego,Conſulis: ſiquidem ſolus Hirtius Cos.aderat. quiſpiam fortaſſe Conſulum: ut intelligas Hirtium iam Conſulem, & D.Brutum deſignatum: ut in XIII. Phil.Contra IIII. Coss. gerit bellum.

CCXVIII.

ADHVC legatos] Ad hunc, o. l. u. perſpicue rectum.

CCXVIII.

ARMIS, equis,uiribus] Vbi ſunt qui uni libro ita ſe addicũt, ut nõ modo præ illo cõtemnant cæteros,ſed etiã legere negligant: negligãt autẽ? imo uero, dum ipſum pugnaciter defendunt, turpeis in errores ſæpe labantur.quorſum hæc? dices.ut intelligas ueteribus libris habendam fidem omnino maiorem,quàm recentibus: ſed ita tamen,ut hi non funditus repudientur: ſiquidem ab emendatis poſſunt eſſe deſcripti: nec illi ſemper oracula fundere iudicentur. ego (ut ſcis) duobus abhinc annis, pro uiribus, uiris repoſueram; quibus rationibus adductus, poſtea dicam. uerum ego, qui is ſemper fui, ut etiam ſi mecum omnia facerent, aſſenſionem tamen uſq; cohiberem,dum mihi quis liber aſſentiretur: cum Marcelli Ceruini Cardinalis beneficio hic Lang.litteris conſcriptus in manus perueniſſet,

& alij



& alij multi ueteres libri: nihil mihi prius fuit, quàm ut hunc locum uiderem. Libros igitur aperio, inſpicio, uideo nihil ab impreſſis diſcrepare. ecce autem non ita multo poſt tuam profectionem Paulus Ricardus,homo cum optimis ſtudijs deditus, tum ſtudioſorum omnium atq; in primis tui ſtudioſiſſimus,librum,non illum quidem uetuſtum, ſed tamen ſcriptum,ad me Neapoli uſq; perferendum curat. in hoc cum multa alia præclara, tum hoc,quo de agimus,inuenio. Viris autem pro uiribus repoſueram,his rationibus impulſus. Primum quòd illa uerba, Armis,equis,uiribus cum indigna Ciceronis elegantia,cum à nullo ſcriptore uſurpata,tum nequaquam inter ſe cohærentia uidebantur. At,Armis,equis, uiris,& concinna, & locupletiſſimis auctoribus uſitata,& inter ſe belle conuenientia.Liuius L.XXXXV. omnem ſe Græciam armis,equis,uiris,omnem oram maritimam completurum.et L.XXII.armis,uiris, equis, commeatibus iuuant.& L.XXXI.terrebat ex aduerſo hoſtis,omnem ripã equis,uiriſq; obtinens.& V.quacunq; ibant, equis,uiriſq; longe,ac late fuſo agmine immenſum obtinentes loci. Salluſtius, equis,uiris,pecunia amiſſa nunquam defeſſi ſunt armati de imperio certare.Idem,Nullius idoneæ rei egens, armis uiriſq; opulentum.& hic ipſe in xiij. Phil. Armis, uiris, pecunia belli principia firmauit.quid multa? ex diuturna obſeruatione didiceram,præclaros latinitatis auctores,cum equitatum,& peditatum ſignificare uellent,ita locutos eſſe, ut dicerent Equos,uiros: idq; adeo tritum fuiſſe, ut ueniret in prouerbium, ut cum aliquid uel totis uiribus, uel omni celeritate factum oſtenderent, his duobus uer

bis deſignarent. Cicero de off. cum his uiris, equisq́; (ut dicitur) ſi honeſtatem tueri, ac retinere ſententia eſt, decertandum eſt. & ij. l. ad Q. Fr. curſu corrigã tarditatem, tum equis, tum uiris; & quoniam ſcribis poema ab eo noſtrum probari: quadrigis poeticis. & in ep. ad Var. nunc quando confecta ſunt omnia: dubitandum non eſt, quin equis, uiris. c. ſupra enim dixerat, Antea te calumniatus ſum. Non ignoro, quid tradat Eraſmus: ſed & ipſe tota (ut dicitur) errauit uia: & tanquam dux non bonus multos alios in eundem rapuit errorem. nam primum omnes libri contra ipſum faciunt: deinde quid equis cum uelis? pugnam, inquit, equeſtrem ac naualem ſignificat: perinde quaſi aut terreſtribus bellis omnia ſint in equis, aut maritimis in uelis: ac non potius hæc remo, illa pedite maximam partem conficiantur. quis porro Græcorum, quis noſtrorum hoc prouerbium uſurpauit; ut ſiquis quærat, quid ſit, cur libros ueteres tantopere deſpexerit, pro nihiloq́; putauerit, id aliquo tamen auctore feciſſe uideatur? ſed nimis multa de re perſpicua.

CCXVIII.

MVLTO *melius hæc tunc. c.*] Sic omnes l. u. multo melius hæc cauſa ageretur à tribus, quàm nunc agatur ab uno. nonnulli pro agatur, agitur.

CCXVIII.

DESERTI, *deſerti inquam*] Extrema uerba ab o. l. u. abſunt.

CCXVIII.

QVAMVIS *illi de illo*] Illi, à l. u. abeſt.



CCXVIII.

C. POMPILIVS *apud maiores*] Popilius, nonnulli u. l. quod Liuius approbat: qui hanc eandem rem l. xxxiiij, referens, Moti, inquit, Patres precibus Alexandrinorum extemplo C. Popilium Lænatem, & C. Decimium, & C. Hoſtilium legatos ad finiendum inter Reges bellum miſerunt. Popilijs autem cognomen fuiſſe Lænatibus, Romæ apparet in tabula marmorea miræ uetuſtatis, in qua multorum ex ordine Coss. nomina inciſa ſunt. ex qua etiam didici, non Popilius Lenas, ut eſt ſcriptum apud Liuium, ſed Popillius LAEnas eſſe ſcribendum.

CCXVIII.

VERBIS *Senatus nuntiaſſet*] Denuntiaſſet, Sc. liber.

CCXVIII.

VT *ab Alexandria diſcederet*] Alexandria, o. l. u. ego tamen ſequor impreſſos.

CCXVIII.

NON *antea renuntiaturum*] Ante, o. l. u. recte.

CCXVIII.

AVCTORITATEM *Reip.*] P. R. nonnulli ueteres libri.

CCXVIII.

CVI *qui non paret*] Cuius qui, o. l. u. ut fortaſſe corrigendum ſit, cui is qui.

CCXVIII.

IPSE *eſt potius repudiandus*] Totus pro potius, o. l. u. recte. ſic ad Att. negem? repudiari ſe totum magis etiam, quàm olim in xx uiratu putabit.

CCXVIII:

SI uere tum fuit Aedilis] Si uero, o.l.u.elegantius mihi uidetur.

CCXVIII:

HIS etiam præmia poſtulet?] Poſtulat? o.l.u.

CCXIX.

NVCVLA hoc credo admonuit] Hoc, ab o.l.u. abeſt.

CCXIX.

QVICQVID contra legem commiſerunt] Ego ſic, qui quid contra.c.ut illud paulo infra, Eorum qui cum Antonio ſunt, qui ab armis diſceſſerint. pro commiſerunt, commiſerint, l.u.

CCXIX.

GALLIAM inquit remitto] Galliam inquit totam remitto, Lang. & Sc. Germani pro totam togatam repoſuerunt. quod placet.

CCXIX.

HISQVE ſuppletis] Iis, o.l.u.

CCXIX.

D.BRVTVS, C. Caſſius Coſs.] Nonnulli s.l. M.Brutus. quod probo: ſiquidem C.Caſſij M.Brutus in conſulatu futurus erat collega, non Decimus.

CCXIX.

HVIVS comitijs C.Frater eſt enim iam annus: ut repulſam tulit] Sic plerique l.u.in queis Lang. Huius comitijs C.Frater, eius eſt enim annus, iã repulſam tulit. nonnulli hoc amplius, uel proconſulis huius comitijs.c. alij, uel proconſul huius comitijs. alij ſic, uel huius comitijs C.Frater: eſt enim annus.c.



CCXIX.

IPSE autem ut quinquennium] Ipſe autem, à l.u.abeſt.

CCXIX.

* AT iſtud uetat lex Cæſaris, & tua] At iſtud tua & lex Cæſaris defendit, Lang. & cum eo pleriq;. nonnulli ſic, At iſtud tu & L.Cæſ.defendit. Locus meo iudicio mendoſus.

CCXIX:

VOBISQVE M.Antonius.c.] Que, ab o.l.u. abeſt.

CCXIX:

HVIC ſe etiã ſummis honoribus hi] Lang. pro hi, hic. nonnulli, & ſe.hi ſe, alij. ego, uſi correxeram. opinionem meam Bernardini Maffæi liber approbauit.

CCXIX:

NON animis ſolum debet, ſed oculis] Sed etiã oculis, o.l.u.

CCXIX:

IN cubiculum admittere, & reducere] Etiam reducere, o.l.u.

CCXIX:

AVT libertas parta eſt uictori] Pro parta Lãg. & alij nonnulli u.l. parata. quod placet.

CCXX.

TOGATI eſſe ſolent] Togati ſolent eſſe, o.l.u.

CCXX.

ITA gerimus nos] Ita nos gerimus, o.l.u.

CCXX.

QVIBVS geram morem] Quibus morem ge